locū dicit: ꝙ Amalech fuit filiꝰ Ismahelis: a quo dicti sunt Amalechite q̄ ⁊ Ismahelite: ipsi sunt Sarraceni ꝙ autem .i. Paralipomenon .i. c. dicit̄ ꝙ Elifach ꝑmogenitꝰ Erisau genuit Amalech: dicunt sequentes dictam glosam: fuit alius. ⁊ sunt duo eiusdē nominis: sed hoc dictuz de sacra scriptura non habet auctoritatē: imo cōtrarietatē: quia Geñ. 36. ⁊ .i. parali. .i. c. dicitur expresse: ꝙ amalech fuit filiꝰ Eersifach: ꝑmogeniti Esau: nec legit̄ alius Amalech. Insuper Josephꝰ in .z. ātiq̄tatū libro dicit: ꝙ ab Amalech filio Elifach dicti sūt amalechite: hoc etiam colligit̄ ex secūdo Regum primo capitulo. vbi dicit̄ ꝙ filiꝰ Doech Idumei venit ad dauid nūcians mortem Saulis: lz enim ꝙ non exꝑmat̄ ibi ꝙ fuerit filiꝰ doech tamen omnes expositores cōcordit̄ hoc dicunt: ⁊ cū interrogaret̄ a Dauid: quis esset. ait filius hōis aduene Amalechite ego sum. Ex quo videt̄ ꝙ amalechite sunt Idumei: ⁊ sic nō descenderūt ab Ismahele: ꝫ ab esau Quare autem isti Amalechite insur rerere aduersus Judeos. dicit Nic. de lyra sup. 15. c. Exodi. ꝙ ipsi ⁊ ꝑpl'i qui erant eis confederati: audiētes ꝙ filij Israhel transierant mare rubrum: ⁊ essent in deserto eis ꝓpinqꝰ irati sunt: timētes ne inuaderēt terrā eoꝝ: ⁊ ideo anteq̃ȝ essent magis fortificati: voluere eos delere: ⁊ ascendē ad pugnandū cum ipsis. Super .17. c. Exodi. aliam cām assignat Nico. de lyra: ex ꝑte populi Israhel: ad hꝰ enim ꝑmisit deus bellum illud insurgere: vt ex victoria sequenti essēt audaciores de cetero ꝯtra aduersarios insurgētes: ⁊ de spolijs amalech essēt muniti armis ⁊ alijs necessarijs: que fugiētes dimisere. Elegit aūt Moyses Josue: de tribu Effraim: virum bellicosum: cui ⁊ paucos tradidit armatos ꝫm Mag. in hist. Plurimos ad custodiam castroꝝ retinuit. Ipse autem ascendit in montem habens ꝟgam dei in manu: vt ex hoc victoria deo ascriberet̄. Ascenderecꝫ cum eo Aaron ⁊ Ur: q̄ Ur ꝫm Josephū fuit maritus Marie. Cumqꝫ leuaret Moyses manus vincebat Israhel: vbi apparet oratiōis efficacia: sin aūt paululū remisisset vincebat amalech quo compto Ur ⁊ Aaron supposuerunt ei lapidē: ⁊ ex vtraqꝫ ꝑte manꝰ eius sustentabant. Erant .n. graues ꝓ labore orandi: in cuius rei figura. ꝫm Mag. in histo. Sacerdos eleuat manus in missa: ⁊ etiā in figura xp̄i orantis in cruce: nec remisit Moyses manus vsqꝫ ad solis occasum. Fugauitqꝫ Josue Amalech in ore gladij. Nobis ꝟo xp̄ianis gloriosior est victoria: q̄ ꝑ xp̄m demones supamus. Nā vt diximus in sermone de bello demonū: ꝑusq̃ȝ xp̄s moreret̄ in cruce omnes iusti trahebant̄ ad lymbum At ex post penitēti latroni patefactꝰ est paradisus.

De lege quaz dedit Moysi deꝰ.

Sextum beneficium qđ largitꝰ est deus populo Judeoꝝ dicit̄ legis illustratio: vt enim hēt̄ Exodi 32. In monte Sinay Moyses legē accepit a deo sibi datam: q̄ reuersus est de monte: portans duas tabulas testimonij manu scriptas: ex vtraqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

parte: et factas opere domini. Dicit Rabi Salomon: quod vnica scriptura erat ibi: que tamen erat legibilis in differenter ex vna parte: sicut ex alia quod erat valde mirabile: quia littera ex vna parte figurata ordine recto: in parte opposita apparet eius figura modo opposito: vel potest dici absque tali miraculo quod littere erant duplices ita quod precepta erant sculpta ex vna parte similiter ex altera: has tabulas fregit Moyses: vt dicetur in tertio misterio propter peccatum populi: reputans populum indignum: vt dicit Nico. de lyra. accipere legem digito dei scriptam. Hec autem fractio tabularum signum fuit euacuationis legalium in aduentu christi. Tandem vt dicitur Exodi. 38. Ascendit Moyses montem de mandato dei: tulitque secum duas tabulas lapideas: instar priorum. i. similes aliis prius factis in materia et in quantitate. Dicit Nico. de lyra: quod de quo lapide fuerint non habetur ex textu. Rabi tamen Salomon tenet quod fuerint de lapide safirico. Inquit enim quod deus ostendit Moysi vnam massam talis lapidis: formatam de nouo: diuina virtute: de qua moyses dolauit duas tabulas: et dolature superflue fuerunt sue: et inde ditatus fuit multum. Sed hoc tacet Josephus: qui prior fuit Rabi Salomone. Fuit ergo Moyses in monte cum domino 40. diebus. et 40. noctibus: nihil comedens aut bibens. Cumque descendisset de monte cum tabulis: apparuit facies eius cornuta: et ipse ignorabat dicit Magister in histo. quod erant quedam radii miri splendoris procedentes in altum ad modum cornuum quos Apostolus vocat gloriam vultus Moysi. 2. ad corin. 3. c. Unde in hebreo habetur. Et non cognouit quod cornuta esset lux faciei sue. Hic queritur quare Moyses non habuit ante hanc gloriam: cum locutus fuisset cum domino diu in monte. Et respondet Nico. de lyra quod aliqui dicunt quod non habuit ante ita limpidam cognitionem de deo sicut post: ad quod denotandum apparuerunt tales radii. Alii dicunt quod hoc factum est: vt populus qui per idolatriam peccauerat: magis eum timeret: et haberet in reuerentia. Rabi Salomon dicit: quod fuit ex hoc quod dominus posuit manum suam super faciem eius. Quare Moyses posuit velamen super faciem suam: cum loqueretur filiis Israhel. et locutus est eis omnia que sibi fuerunt imperata. Concludit Mag. in hist. quantum hec gloria durauerit. et vtrum semel vel pluries hoc acciderit ignoramus. sed christianis lux amplior effusa est quibus euangelium effulsit.

¶ De miraculis et signis multiplicibus

Septimum beneficium quod deus donauit populo Judeorum fuit miraculorum frequens coruscatio. Nam preter ea que diximus multa signa et miracula dei ipsis fuerunt ostensa. Miraculum certe fuit quod Maria soror Aaron murmurans contra moysen statim fuit lepra percussa et tandem moysi oratione sanata. vt habetur Numeri. 12. c. miraculum fuit quod aperta est terra. et deglutiuit Dathan et Abiron. numeri. 16. c. miraculum cum floruit virga Aaron. Numeri. 17. c. Et ne singula commemorentur quadraginta annis fuit ille populus in deserto. non comedens panem nec bibens vinum nec vetustate attrita

vestimenta aut calciamēta ꝯsumpta vt habetur Deuteronomij.29°.cap. Sed christianis maiora signa pꝰ xpi aduētū monstrata sunt:qnimo continue in ecclesia sancta miracula fiūt. Quis nā nō admiret ex arridis ossibus Nicolai sanctissimi apud Barū ⁊ Mathei euāgeliste apud Salernū ⁊ Andree apostoli apud Amalfiam scaturire manna. Quid dicam de sāguine gloriosi martiris Januarij:cōfuat quippe Neapolis in vasi vitreo aut cristallino:estq̧ semꝑ strictꝰ ⁊ cōgelatus:at dum caput pfati sancti ꝺ prope ponitur: sanguis ille ebuliens tandem cūctis vidētibus liquefit:et capite āmoto rursus indurat:⁊ congelatus non mouet amplius. O pietas dei benedicti:qui sic humano gnī ꝑ tot innumera miracula:v̄tutez potentie dignatus est demonstrare.

De multis peccatis q̄bus populꝰ in deserto tēptauit:⁊ ad irā ꝯcitauit deū excelsum. Cap. secūdū.

In tanto cumulo bn̄ficioꝝ nō custodierūt Judei testamētū dn̄i:⁊ in lege eius noluerūt ābūlare ⁊ obliti sunt bn̄ficioꝝ eius: ⁊ mirabilium eius que ostendit eis. Tēptauerunt quidē deū excelsū:varijsq̧ peccatis maiestatē eius offendere. Jdcirco in hoc secūdo capitulo de offēsiōibꝰ Judeorū in deserto dicemus: quas reducemus ad septem.

- Prima dicit murmuratōis.
- 2ª inobedientie.
- 3ª ingratitudinis.
- 4ª idolatrie.
- 5ª gule
- 6ª desperationis.
- 7ª fornicationis.

De septez peccatis populi:⁊ pmo qualiter murmurauerūt Judei cont deum ⁊ Moysen.

Prima offensio ⁊ peccatum Judeoꝝ in deserto dicit murmurationis. Nam cōtra Moysen murmurauerūt quando venerunt ad flumen Marach.vt dicit exodi.15. Jtē quando dicebāt.Utinā mortui essemus ꝑ manus dn̄i in terra Egypti idest ꝑ plagam ab eo immissam:cuz pmogenitis Egyptiorū:quādo sedebamus sup ollas carniuz:⁊ comedebamus panez in saturitate. Cur eduxisti nos in desertū istud:vt occidēs omnē hāc multitudinē fame. Exodi 16.c.⁊ qn̄ venerunt in Rafidim: vbi nō erat aqua:iurgati sunt Moysen: q̄bus ipse dixit. Quid iurgamini ꝯtme:⁊ tēptatis dn̄m. Exodi.17.c. Sz hic posset aliquis querere:quare deꝰ eduxit eos ꝑ talē viam: vt paterētur defectum cibi ⁊ potus. Et respōdet Ni.de lyra ꝙ hoc fuit vt ex frequēti necessitate oporteret eos recurrē ad dn̄m:⁊ sic sub timore domini retinerent:per hoc etiam bonoꝝ patiētia: ⁊ maloꝝ impatientia declararet.

De inobedientia populi.

Secūda offensio fuit inobediētia: quia multi collegerūt plꝰ de manna:q̄z fuerat ordinatū: ⁊ reseruauerunt in diem alterū:vt dicitur Exodi.16.capitulo.

De ingratitudine populi.

Tertia offēsio ingratitudo appellat:Jn tot nāq̧ beneficijs male locuti sunt de deo. Dicit nāq̧ Numeri.14. ꝙ voluerūt sibi pficere

ducē vt reduceret eos in Egyptum. Quare dixit deus Moysi. vsquequo detrahit mihi populus iste: quousqꝫ nō credent mihi: in omnibus signis que feci coram eis. et infra cominat⁹ est dicens. Nullus eoꝝ qui viderūt signa que feci in Egypto numerati. scilꝫ a viginti annis ⁊ supra: videbit terrā pro qua iuraui patribus eorū preter Caleph ⁊ Josue.

¶ De idolatria populi.

Quarta offensio idolatria fuit: vt enim scribit̄ Exodi. xxii. Uidens populus ꝙ Moyses moraꝫ faceret: dū esset in monte cū dño. dixit ad Aaron. Fac nobis deos. Rabi Salomon dicit ꝙ isti fuerūt egyptij cōuersi ad iudaismū: qui ascēderunt cum iudeis de Egypto: ⁊ isti ꝗ erāt nutriti in idolatria: incitauerūt magnam ptem de filijs Jsrael s̄biūgebant. Moysi enim ignoram⁹ quid acciderit. s̄m Josephū ⁊ Magist. in hist. Alij dicebāt eū a bestijs comestū Alij a dño translatū. Alij sane mētis cū dño philosophantē: vt iᷓo sequit̄ in historia. Aaron ⁊ Ur restiterunt. Sꝫ indignat⁹ popul⁹: spuēs in faciē Ur: sputis vt tradit̄ suffocauit. Unñ timens Aaron ait. Tollite maures vxoꝝ ⁊ liberoꝝ: ⁊ afferte ad me. dic̄ Mag. in hist. ꝙ hoc erat qᷝ p̄ciosi⁹ ⁊ carius habebant: putās ꝙ consulētes auaricie sue nollent afferre: fecit tamen populus qᷝ dixerat: auidus ad idolatrandū: formauit itaqꝫ ope fusorio vitulū conflatilē ꝗ in egypto bouē adorauerūt nāqꝫ vt dicit mag. in hist. in p̄n° Exo. in. c. ᷝ s̄bmersiōe puuloꝝ. Erat Apis deus egyptiorū vt Plinius dicit: qui ⁊ testat̄ se eū vidisse: qdā taurus qui ex improuiso egrediebatur de flumine: hñs in humero dextero signū cādidū instar lune corniculate: atqꝫ cum statim cōfluerēt Egyptij omni gñe musicoꝝ psallentes leuabat̄ in aera: et super eos tāqꝫ psallens ferebat̄ ⁊ ad motū vel stationē ipsius in terra mouebāt̄ ⁊ stabant ⁊ eodem die euanescebāt Que omnia demonū artificio cōplebāt̄: vt docet Aug. li. 18. de ci. dei. c. 5. Formato itaqꝫ vitulo: dixit ppl's. Hi sunt dij tui Jsrael: qui te eduxerunt de terra Egypti. fecitqꝫ Aaron altare coraꝫ eo: ⁊ in crastinū indixit solēnitateꝫ: maneqꝫ surgētes obtulerunt hostias: seditqꝫ populus mādu care ⁊ bibere. ⁊ surrexerunt ludere. i. adorare. Hic queritur quare Aaron edificauit altare. et dicit Nicola⁹ de lyra s̄m Rabi Salomoneꝫ ꝙ ad retardādā imolationē: quia aut statim populus imolasset sine altare aut in momento altare cōstruxisset. Jdeo s̄bdit Aaron. Cras solēnitas dñi est non dixit hodie. Si forte interim veniret Moyses: ⁊ impediret. ¶ Tunc dixit dominus ad moysen. Descēde peccauit popul⁹ tuus: quasi dicat nō meus ꝑter idolatriaꝫ. vel ex eo ꝗa erat Moyses illi populo mansuet⁹. vt pꝫ. 45. di. c. Disciplina. ⁊. 23. q. 4. c. Quid crudele. Subiunxit deus. Cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit. dimitte me. vt irascat̄ furor me⁹. Dixit Moyses. Queso dñe quiescat ira tua. et esto placabilis sup̄ neqcia ppli tui. ne dicāt egyptij. Callide eduxit eos vt interficeret in montib⁹ q̄si

impotēs dare terrā quā ꝓmiserat. Recordare Habraam: quasi dicat: si populus iste meruit mori p incēdiū ecce Habraā pater eoꝝ ꝓpt amorē tuū ꝓiectus fuit in ignē Caldeorum Seqt textus ysaac: ac si dicat si ppl's meret mori p gladiū: ecce Ysaac paratus fuit ꝓ te imolari: ⁊ additur. et Jacob. i. si meruerit puniri populus exilio: ecce Jsrahel tāq exul fugit in Mesopothamiā: obiciēs patri suo et tibi: qbus iurasti p temetipsū: qui es imutabilis: de danda terra Chananeoꝝ semini eoꝝ: placatusq est dn̄s ⁊ Moyses descendit.

¶ Quinta offensio fuit gula: quādo ardent dicebāt: vt ponit Numeri. ii. ca. Recordamur pisciū: quos comedebamus in egypto gratis. i. p nō ꝓcio: in mētē nobis veniūt Cucumeres: pepones: porri: cepe: ⁊ allia.

¶ Sexta offēsio fuit desperatio: qn̄ vt ponit Numeri. 14. Omnis turba fleuit dicēs. Utinā mortui essem⁹ in Egypto ⁊ n̄ in hac vasta solitudine.

¶ Septima offensio fuit fornicatio scribit nāq Numeri. 25. ꝙ fornicat⁹ est populus cū filiabus Meab: q̄ vocauere eos ad sacrificia sua. Dicit hic Nico. de lyra: ꝙ Balaam sciēs filios Jsrahel esse ꝓnos ad luxuriā: dedit cōsiliū Balach Regi Moabitaꝝ: vt mitteret puellas pulchras ⁊ ornatas ꝓpter exercitū eoꝝ: et ꝙ iuuenes venientes ad se vbis allicerent: ⁊ cū viderēt eos inflāmatos ad actum carnis: nō pmitterēt se ab eis cognosci: nisi pus comederēt de Jdolo ticis. ⁊ idola adorarēt q̄ secū portauerant vt sic deus offēderet: ⁊ ppl's Jsrahel ab eo pcuteret: ⁊ daret in man⁹ hostium. dicit etiā Josephus ꝙ aliq nobiles de Jsrahel accepūt sibi vxores de illis: ⁊ lz non sit scriptū in isto capitulo. 25. ꝙ Balaam dedit tale cōsilium: tamē habet ex. 31. c. vbi dicit None iste sunt que deceput filios Jsrahel ad suggestionē Balaā. Et Apoc. 2. c. dicit. Habeo aduersus te pauca: quoniā habes hic tenētes doctrinā balaā qui docuit balach mittē scādala coraz filijs Jsrahel edere de sacrificijs idoloꝝ: ⁊ fornicari.

¶ De septem plagis quib⁹ populus punitus fuit. Cap. 3.

T Ot sceleribus Judeoꝝ ad iracūdiā cōcitatus dn̄s flagella multiplicia cōtra eos imisit: Et qͥuis dictū sit pauloāte in fine quarte offēsionis: ꝙ dn̄s fuit placatus. Jllō tn̄ intelligit ꝫm Nico. de lyra: ꝙ de⁹ n̄ simul nec sbito populū Jdolatraz ⁊ duꝝ puniuit. Jdcirco aduertēdū est in hoc misterio ꝙ septē famosis plagis populus ille pcussus est.

¶ Prima plaga fuit post adoratōē vituli: de qua dicit Exodi. 32. ca. in fine. Percussit dn̄s populū ꝓ reatu vituli. Nam postq Moyses descendit de mōte: ⁊ vidit vitulū ⁊ choros redegit in puluerem vitulum: quem sparsit in aquis: ⁊ dedit ex eo potū filijs Jsrahel. Rabi Salomon dicit. Ꝙ iste aque potate erant nocine culpabilibus: causando in eis inflatōē ⁊ lāguorē: p quē poterant ab alijs discerni: alijs autē erāt dulces ⁊ vtiles sicut aq in sacrifi° zelotipie: ondebat per effectum culpā mulieris vel eius innocentiā: vt habet Numeri. 5. ca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Alij autem doctores dicunt qꝫ color auri remansit circa ora eorum qui erant culpabiles: ita qꝫ barbe eorum videbant auree: et sic ab alijs distinguebant. Quare filij Leui obedientes Moysi zelo dei interfecerunt ex trasgressoribus viginti tria millia: facto vero die alio Moyses orauit pro populo: dicens. Peccauit domine populus tuus iste: aut dimitte eis noxam hanc: aut dele me de libro vite. dicit Rabi Salomon qꝫ iste liber intelligit lex: que denominat a Moyse: eo qꝫ fuit eius minister: quasi sensus secundum eum: dele me de libro: id est lex non denominet nomine meo: nisi populus iste tibi reconsiliet. Aug. vero exponit dicens: qꝫ Moyses sic dixit ex confidentia et familiaritate diuina: vt sit sensus: sicut certus sum qꝫ non delebis me de libro tuo: ita peto vt certifices me vt remittas noxiam isti populo.

De igne qui descendit in castra.

Secunda plaga punitus est ille populus propter peccata sua quando accensus ignis domini deuorauit extremam partem castrorum: vt dicit numeri .xi.c. forte ibi erant magis culpabiles tandem oratione Moysi ignis absortus idest extinctus fuit.

Tertia plaga fuit postquam habuerunt coturnices: vt habet Numeri .xi.c. et adhuc carnes erant in dentibus eorum nec defeceat huiusmodi cibus. et ecce furor domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis: vocatusque est ille locus sepulchrum concupiscentie ibi enim sepeliere populum qui desiderauerat carnes. dicit Magi. in hist. qꝫ modus plage hic non determinat: creditur tamen qꝫ fuerit ignis.

Quarta plaga ponit Numeri .xvi .c. quando multitudo murmurabat contra Moysen et Aaron. dicens. Uos interfecistis populum: cumque vellent eos obruere lapidibus: fugierunt ad tabernaculum: et operuit eos nubes: et apparuit gloria domini. Dicunt aliqui qꝫ non fuit illa que prebebat ducatum populo: sed quedam parua nubes: in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse. Alij dicunt qꝫ fuit illa que prebebat ducatum: sed stabat in alto super tabernaculum: et tunc descendit operiens et abiens circumquaque vt nullus possit adire: et egressus ignis deuorauit populum: fuerunt autem percussi tredecim millia et octoaginta.

Quinta plaga exprimit Numeri .xxi. quando profecti de monte hoc venerunt in Salmana: et quia male loquebant de deo: misit dominus in populum serpentes ignitos: qui sic dicebantur secundum Nico. de lyra: et Magist. in hist. quia minimi et veloces erant ad modum scintillarum: vel quia volantes per aera emittebant scintillas ardentes vel ex eo quod per morsus eorum calefiebat caro: ac si igniret. Tunc venerunt Judei ad Moysen: videntes mortes plurimorum: dicentes. peccauimus: quia locuti sumus contra deum: et tu ora. vt tollat nobis serpentes: orauitque moyses ad dominum: cui dominus ait. Fac serpentem Eneum: et pone in pertica eminentem in medio populi: et quicumque percussus fuerit a serpente: respiciat eum et viuet: et factum est ita. dicit Rabi Salomon qꝫ in serpente non erat virtus sanandi: sed aspicientes serpentem cogitescebant afflictionem illam a deo sibi iuste illatam: petendo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

miſericordiã: ⁊ ipſe deus ſanabat eos.
Nõ aũt miſtica eſt: q̃a ſpẽs ille figu
rabat xp̄m paſſum in cruce: ꝑ cuius
intuitum fide ⁊ deuotiõe ſanamur a
morſu Sathane. Ex quo xp̄s dixit
Johan. z. c. Sicut exaltauit moyſes
ſerpentẽ in heremo: ita exaltari opꝫ
filiũ hõis. dicit Mag. in hiſt. ꝙ illuꝫ
ſerpẽtẽ eneũ hũerũt ſecũ filij Jſrahel
ſemꝑ: ⁊ magnifice repoſit⁹ eſt in hie
ruſalẽ. Tãdẽ ob cultũ ſupſtitiõis quẽ
ſibi exhibebat populus: cõminuit eũ
in puluerem Rex Ezechias: ⁊ poſuit
in torrẽtẽ Cedron: ſicut etiã pꝫ q̃rta
rubrica. 19. c.

Sexta plaga enarrat̃ numeri. 25
. c. qñ. ſ. Jſrahel iniciat⁹ eſt. i. ꝯſecrat⁹
Belfegor idolo Madianitaꝝ. Irat⁹
dñs dixit ad Moyſen. Tolle cũctos
ꝑncipes populi: ⁊ ſuſpẽde in patibu-
lis contra ſolẽ: vt auertat̃ furor me⁹
ab Jſrahel. dicit Mag. in hiſt. forte
q̃a ſb̃ditos nõ corripiebãt duces tri-
buum: voluit ſuſpẽdi: vel poti⁹ ꝑnci
pes. i. actores h⁹ idolatrie: occiſiqꝫ ſũt
vigintiquatuor millia hominũ.

Septima plaga fuit qñ iuuenes
plĩmi zelo Finees acceſi: mlta millia
hominũ ꝑcuſſerũt: vt. n. refert Joſe
phus: ⁊ põit Numeri. 25. Princeps
tribus Simeõ Zambri filiã cuiuſdã
potentis Madianitaꝝ duxerat: que
dicebat̃ Corbi: qui vxore iubente in
quadã ſolẽnitate cũ alijs ducib⁹ deo
nõ imolauit: quãobrẽ cũ a Moyſe re
ꝑhẽderet̃ in gñali: q̃ colebant idola
nõ deum: ille corã omnib⁹ ꝓfeſſus ẽ
ſe alienigenã duxiſſe: ⁊ ſe idola colẽ:
nec tyrãnicis legibus quas ipſe ſibi
Moyſes impoſuerat obnoxium eſſe
q̃b⁹ ſb̃ figmento legũ ⁊ dei grauiori
ſeruitute populũ ꝑmebat q̃ꝫ Egyptij
cũ ꝓꝓriũ auferebat viuẽdi arbitrium
⁊ diſcedẽs corã omni turba: que fle
bat ãte fores tabernaculi. Intrauit
tabernaculũ vxoris. Surgẽſqꝫ finees
filius Eleazari de medio multitudi
nis: ⁊ accepto pugione ingreſſus eſt
poſt illũ in lupanar: ⁊ cuꝫ inueniſſet
coeũtes ꝑfodit ambos in locis geni
talibus: quo exẽplo multi moti Jdo
latras plurimos occiderũt. q̃d pl'a.
vt cõcludit̃ in argumẽto: in epiſtola
ad Romanos: ita crebra ꝓuocatiõe
dñm irritauerũt: vt oms in heremo
morirent̃: nec plus ex ſeniorib⁹ eorũ
q̃ꝫ duo hões terrã ꝓmiſſiõis intra
runt. Nos igit̃ caueamus nobis: ne
deum contra nos ꝓꝓter peccata no
ſtra ꝓuocemus: q̃a quanto plura di
gnioraqꝫ ſuſcepimus dona: tãto gra
uiora noſtra facinora delictaqꝫ repu
tant̃. Et ſi illa deponẽ neglexerim⁹
non negliget aut retardabit vltiõeꝫ
deus: qui eſt bñdict⁹ in ſecula ſecloꝝ.
Amen.

## Sermo tredecimus de iudicio dei contra Judeos in Hierusalem habitantes.

DEdit de⁹ ꝑplo Judeoꝝ
ciuitateꝫ hieroſolomita
nã ad inhabitandũ: in q̃
tempore Nabuchodono
ſor Regis Babilõis tãtũ excreuerũt
iniquitates et execrãda mala: ꝙ de⁹
omnem populum tradidit in ma
nus inimicorum ſuorum: et ciuitate
debellata omnes vtriuſqꝫ ſex⁹ iuſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

iudicio dei captiui ducti sunt in Babilonē: neq3 ob aliā cām tam graue dānū incurrerūt: nisi q̄a diuina mādata cōtēnebāt: erātq3 deo celi abhominabiles ꝛ exosi ad qđ clare intelligēdū statui in isto sermōe de iudicio dei cōtra Judeos in hierusalē cōmorātes loqui: de quo si plenā noticiā hēre voluerīm⁹: necesse est vt tria misteria differamus.

Primum dicit glorie.
Secundum nequicie.
Tertium pene.

De gloria ꝛ magnificētia ciuitatis hierusalem. Cap. pmū.

Exaltauit deus gl'iam ciuitatis hierosolamitane: ꝛ fecit illaz speciosā ꝛ decoraz valde: in qua morabāt Judei cū ingēti leticia ꝛ q̄ete: Qūtū vt sic fuisse demonstrem⁹: tria de ipsa ciuitate consideremus.

Primo situm.
Secundo cultum.
Tertio statum.

De optimo situ ciuitatis hierusalē.

Primo cōsiderem⁹ illi⁹ ciuitatis sitū: ꝛ d̄ h̄ nōndū b3 Rabanū li. iz. de origine rez: q̄ hierusalez est ciuitas in Palestina in medio iudee posita: vmbelicus totius habitabilis nr̄e zone. vñ Ezech. 5. dicit dn̄s. ista est hierusalē quā in medio gentiū situaui. Nico. de lyra dicit q̄a sita ē in quarto climate terre habitabil' septē climatib⁹ distincte: est ibi terra fertil' nō mō frugū: ꝫ balsamo: melle: et lacte: q̄ in distributiōe terre pmissiōis data fuit tribui Beniamin. dc̄a Jeb⁹ que est hierusalē: vt nōt Josue. 18. c. ꝛ idē fatet Isidor⁹ li. 14. ethimo. Jn 15°. vo li. asserit q̄ b3 Judeos Sem filius Noe: quē dicūt Melchisedech pm⁹ p⁹ diluuiū in Siria ɔdidit salē vrbē hāc: postea tenuerūt Jebusei ex q̄b⁹ dicta ē Jeb⁹: sicq3 duob⁹ nōibus copulatis Jebus ꝛ Salē vocata est q̄ postea a Salomone hierosolima q̄si hierusalomonia dicta est.

De tēplo mirabili hierusalem.

Secūdo ɔsiderem⁹ illi⁹ ciuitatis cultū: ibi eq̄dē a Salomone cōstructū est tēplū miro artificio: de q° dr̄ Paralip. 2°. c. Cepit Salomō edificar̄ domū dn̄i in hierusalē: in mōte Moria: q̄ demōstratus fuēat Dauid pr̄i ei⁹: āno 4° regni sui cepit. Glosa hiero. sup illo vbo. Uade in terraz visiōis: in hoc mōte inq̄t: Obtulit habraā holocaustū p Ysaac: ꝛ glo. sup illo vbo Jacob: nō est hic aliud nisi dom⁹ dei dic. in h̄ loco credit iacob dormiuisse: ꝛ vidisse āgeloz visionē in scala: puidisseq3 tēplū ꝛ dei cultuz ibidē futuz. Quātū vo fuerit dom⁹ illa mirāda: p3 ex his q̄ dicūt. 2. Re. 6. c. Erat ibi cōcursus ꝛ frequētia gētiū. Precipue vo bm Nico. de lyra: ex omni Judea popul⁹ ibi ɔfluebat in festo pasce siue azimoz: in memoriā liberatōnis de Egypto. Jn festo pentecostes: in memoriā date legis Jn festo scenofagie siue tabernaculorum: in memoria mansionum in deserto. hanc donum Christus voluit sua p̄sentia decorare. Jbi oblatus est q̄dragesima die postq3 nat⁹ fuerat. Jbi inuēt⁹ post triduū in medio doctoz vt dicit Luce. 2. c. Jbi docebat vñ. 19. dixit. Cotidie apud vos eram docens in templo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Tertio consideremus illius ciuitatis statum: facta equidē fuit ciuitas insignis ⁊ regia. primusq̧ ibi regnauit Rex Saul: quem Samuel vnxit in Regem. 2ᵘˢ Dauid. 3ᵘˢ Salomō. 4ᵘˢ Roboam. 5ᵘˢ Abias. 6ᵘˢ Asa. 7ᵘˢ Josaphat. 8ᵘˢ Joram. 9ᵘˢ Ochozias. 10ᵘˢ Jobas. 11ᵘˢ Amasias. 12ᵘˢ Ozias. 13ᵘˢ Jobathan. 14ᵘˢ Agatz. 15ᵘˢ Ezechias 16ᵘˢ Manasses. 17ᵘˢ Amō. 18ᵘˢ Josias 19ᵘˢ Joachim. 20ᵘˢ Sedechias. Erat ergo ciuitas illa famosa plena populo ⁊ diuitijs: Erant ibi ornata edificia: alta palacia: ⁊ iuuenes robusti ⁊ bellicosi. Sed vt dicit Lactantius li. 2°. Tum maxime deus ex memoria hominum elabitur: cum beneficijs eius fruentes honorē diuine indulgētie dare debent. Ideo populus Hierosolimorum vt patebit incrassatus nimis recalcitrauit.

**De nequicia populi Judaici: ⁊ impietate multa.**

**Cap. secūdum.**

Quanta fuit iniquitas Judaici populi in Hierusalē habitātis inuestigādum est: vt sic percipiamus q̄ iuste deus populū illum neq̧ tradidit in captiuitatē. Sunt autem tria que accusant hierosolimorum culpam et impietatem.

- Primū est multiplex offensio.
- 2ᵐ temeraria presumptio.
- 3ᵐ dura obstinatio.

**De octo peccatis quibus in Hierusalem offendebat deus.**

Primū qd accusat ⁊ arguit hierosolimorum culpā: est multiplex offensio. In multis naq̧ nō in vno solo peccato offendebant deū. Octo tamen erant inter cetera peccata principalia: que abūdabāt in illa ciuitate.

- Primū peccatum dicit negligentie.
- Secundum iniusticie.
- Tertium auaricie.
- Quartum fraudulentie.
- Quintum violentie.
- Sextum luxurie.
- Septimum idolatrie.
- Octauum inreuerentie.

Primū peccatū qd abūdabat in illa ciuitate dicit negligentie. Superiores naq̧ nō curabāt de salute subditorum: quinimo suo malo exēplo corrūpebant eos: ⁊ inducebāt ad malefaciendū. Hinc hieremias conquerebat 10. c. dicens. Stulte egere pastores: ⁊ deū non exquisierunt: propterea nō intellexerūt: ⁊ omnis grex eorum dispersus est. ⁊ 34. c. Jhere. aiebat. Ve pastoribus qui disperdūt ⁊ dilacerāt gregē pascue mee. dicit dn̄s. Sis cautus o predicator ne propter ista prelatis detrahas si boni sūt: bene erit ipsis: si vero mali: iudicet illos deus. Nostra vero nō interest illorum increpare delicta. 2ᵐ peccatū: qd abūdabat in ciuitate hierusalē erat iniusticia. ⁊ de hac Jhere. 5. c. ait. Circuite vias hierusalē: ⁊ aspicite ⁊ cōsiderate: ⁊ querite in plateis eius: an inueniatis virum facientē iudiciū ⁊ querentē fidē. Et infra. Causā vidue nō iudicauerūt: ⁊ cām pupilli nō direxerūt. O quid de nobis dicam. heu heu: periit profecto de terra iusticia. timore: amore: odio: ac precio est eiecta. vt dicit. 11. q. 3. c. Quatuor. Et profecto impletū est dictū Jsidori: qui ait. 11. q. 3. c. Paup. Paupere dū nō habet quid offerat: nō solum audiri contemnit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

sed reprobat. Cito violat auro iusti
cia: nullāq3 reus ptimescit culpā: quā
nūmis redimere existimat: ⁊ tamen
vt dicit Aug. li. 4. de ci. dei. Amota
iusticia: quid aliud sunt regna nisi la
trocinia. Ideo dicit. 12. q. 2. c. Cum
deuotissimā. Sūmū in rebus bonū
est iusticiā colere: ac sua cuiq3 iura ser
uare. ⁊ Ari. 5. ethi. ait. Preclarissima
virtutum esse videtur iusticia: et neq3
hesperus neq3 lucifer ita admirabilis
¶ Tertiū peccatu3 qd erat in Jer'l'm
erat auaricia. de qua Jheremie. 6. c.
sic scribit. A maiore vsq3 ad minorē
omnes student auaricie: et a pphета
vsq3 ad sacerdotem cūcti faciūt dolū
Hoc tamen tēpore nescio qd referā:
quando mūndus totus auaricie vin
culis detinet: ob illa eteni3 multipli
cata sunt omnia mala: piuria scilicet
fraudes deceptiōes: mendacia: odia:
liuores: rancores: rapine: vsure: symo
nie ⁊ similia. ¶ Quartū peccatum
qd erat in Jer'l'm fuit fraudulentia.
Omnes p maiori pte erant simulati
ficti astuti callidi et deceptores in oi
arte in omni exercitio: ī omni deniq3
cōuersatione sua. vñ Jhere. 9. c. dice
bat. Unusquisq3 a primo suo se custo
diat: ⁊ in omni fratre suo nō habeat
fiduciam: qa omnis frater supplātās
supplātabit: ⁊ omnis amicus fraudu
lenter incedit. O qs habet nūc vnū
amicum verū. Inqt Ambro. li° 3°. de
officiis. Facilis vox ⁊ cōmunis tuus
sum totus: sed paucorum effectus.
Quintum peccatū Jer'l'm fuit violē
tia. de hoc dicit Jheremie. 34. cap.
retraxerunt seruos et ancillas suas:
quos dimiserant liberos: et subiuga
uerunt in famulos ⁊ famulas. Hic
dicit Nico. de lyra q Exodi. 21. ca°.
dictum fuit. Si emeris seruū hebreū
sex annis seruiet tibi: in āno septimo
exeat liber gratis: ita q non poterat
ultra teneri nisi vellet remanē. Tpe
vero Sedechie regis ⁊ ante tenuerāt
seruos ⁊ ancillas diutius ppt auari
ciam suam. tamē ad monitionē Jhe
remie: ⁊ alior viroru3 bonorum rex
Sedechias et sui subditi statuerūt fir
mit dimittē suos suos hebreos ⁊ an
cillas sm pceptū legis. ⁊ vt hec ordi
natio esset firma sciderūt vitulu3 in
duas ptes: ⁊ inter illas partes tran
sierunt rex ⁊ pncipes eius ad signifi
candum q sic esset dignus occidi ⁊
diuidi infringēs illam ordinationē
verūtamē post cupiditate ducti retra
xerunt ad se redigendo in seruiture3
⁊ sic nō solū peccauerūt contra legē
diuinam: sed etia3 contra statutum
pprium. Similes his hodie sunt qui
retinēt famulos ⁊ āncillas ⁊ pmittūt
eos perire fame ⁊ frigore. sūtq3 illis
infesti. nō solū3 cōpellēdo plus debito
laborare: sed etiam iniuriādo ⁊ cōtu
meliis ac verberibus afficiēdo. Nō di
dicere isti disciplinam sapientis. qui
Eccle. 4°. c. ait. Noli esse sicut leo in
domo tua euertēs domesticos tuos
⁊ opprimens subiectos tibi. et pro his
facit id Senece ad Lucillū. Colant
inquit te potius serui tui q3 timeant
¶ Sextum peccatu3 Jer'l'm fuit lu
xuria. ⁊ de hoc dicit Jheremie. 5. c°.
in psona dei. saturaui eos. ⁊ mechati
sunt. ⁊ 23. ca°. Adulteriis repleta est
terra. sileant de hoc verba loquantur
exempla. ¶ Septimū peccatū fuit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.5.1(b)

idolatria de qua Jheremie.i.c.deus cōquerebat̄ sic. Dereliquerūt me: ⁊ li bauerūt diis alienis: et adorauerunt opus manuū suaꝝ. ¶ Octauū peccatum fuit irreuerentia ad cultuz diuinū: nam in tēplo absq3 deuotione ingrediebant̄ ⁊ egrediebāt̄. ⁊ de hō sic hēt̄ Jhere.7.ca. Fecerūt filii Juda maluz in oculis meis: dicit domin⁹ posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatū est nomē meum vt polluerent eam. O q̄3 rephensibiles xp̄iani sūt: qui templa dei ⁊ ecclesias tanq̄3 lupanaria calcant: pro quibus facit illud qđ scribit̄ đ imunitate ecclesie.li.6.in.c.Decet. Decet domuz dn̄i sanctitudo: decet vt cui⁹ in pace factus est locus eius: cult⁹ sit debita veneratōe pacificus. Sit itaq3 ad ecclesias humilis ⁊ deuotus ingressus sit in eis deuota cōuersatio: deo grata inspiciētib⁹ placida. Jn Jerusalez q̄ erāt huiuscemodi vitia ⁊ alia plīma que solet abhorrere deus.

decretal. Nō

¶ De p̄sumptione populi.

Secūdum qđ accusat ⁊ arguit hierosolimoꝝ culpā: est temeraria p̄sūptio. Jn tot enim peccatis deū spernebāt. vn̄ Jhere.5.c.dicitur Negauerūt dn̄m: ⁊ dixerūt: non est ipse: neq3 veniet sup nos malum gladiū ⁊ famē nō videbim⁹: ⁊ infra. nō dixerūt in corde suo: metuam⁹ dn̄m deū nostrū: cōfidebāt q̄ in seipsis: et ꝑseuerātes in malis suis: penitentiā recusabant. de hoc dicit̄ Jhere.8.c. Nemo qđ bonū est loq̄t̄: nullus est q̄ agat penitētiā sup peccato suo dicens: q̄d feci: omnes cōuersi sunt ad cursum suū: quasi equus in impetu: vadens ad prelium.

¶ Tertiū qđ ostēdit hierosolimorū culpam: est dura obstinatio. Nā cuz ꝑ plures ānos popul⁹ ille cōmonit⁹ fuisset: nūq̄3 se corrigē voluit. Jnquit hiero. in cōmento sup Jheremiā ꝙ Jheremias cū esset adhuc puer prophetare cepit āno.13. Josie filii Amō Regis Juda: ꝓphetauitq3 in impio eius ānis.19. ⁊ postea sb̄ Joachim filio ei⁹ annis.11. ⁊ sb̄ Sedechia q̄ vltimus fuit regni Juda ānis.11. vsq3 ad q̄ntū mēsem: qn̄ a Babilonis capta est Jer̄lm: ⁊ ꝑ hoc ab exordio ꝓphetie sue: vsq3 ad captiuitatē Jer̄lm: q̄ ⁊ ipse capt⁹ est: ꝓphetauit ānis.41. et p̄dixit clare ciuitatis excidiuz: nisi penitentiam agerent: at illi nō solū nō timebāt: ⁊ humiliabāt se deo: verum etiam Jheremiā ꝑsequebāt̄: scribit̄ nāq3 Jhere.28.c. ꝙ cuz semel ꝓphetasset: apprehēderūt eū dicētes morte moriat̄: ⁊ cōgregat⁹ est omnis ppl̄s aduersus Jheremiā in domum dn̄i tādē vtens bonis ṽbis Jheremias. dixit omnis popul⁹: nō est viro huic iudiciū mortis: quia in nomine dn̄i dei nostri locut⁹ est ad nos. ⁊ Jhere 32. habet̄: qualiter cesum eū miserūt in carcerem: vbi sedit diebus multis ⁊ Jhere.28.c. narrat̄: q̄lit̄ sb̄miserūt eū in lacū: in quo non erat aqua: sed lutū multasq3 alias ꝑsecutōes intulerūt sibi. O malicia incorrigibilis. O malignitas hominū iniquoꝝ. O duricies prauoꝝ cordiū: ṽitas adamat̄ de⁹ p̄dicat̄ timēdus vitia increpāt̄: efferūt̄ ṽtutes ⁊ bōi mores: tn̄ odio hn̄t̄ q̄ deo iubēte talia nūciāt. Jdcirco nemo potest de deo cōqueri: si in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

ne seuerus appareat.

¶ De graui punitione ꝛ plaga hierusalem. Cap. 3.

Qui duduȝ longanimis p Jheremiam populũ ad penitentiã vocauerat scelẽib⁹ ꝛ malicia iniquoꝝ ꝓuocatus ad vindictã tamen excitatus est: qđ vt cuncti valeant scire: in hoc misterio tertio de pena Jerl'm ptractabimus: de qua tria sunt considerãda.

Primũ dicit ciuitatis obsessio.
2ᵐ ciuitatis afflictio.
3ᵐ ciuitatis delectio.

¶ De valida obsidione ciuitatis.

Primũ cõsiderãdũ est ciuitatis obsessio. vt enim hẽt. 4. regũ vltimo. c. ꝛ 2. Paralipomenon. vl. c. ãno. 9. sedechie circũdata ẽ hierl'm a Nabuchodonosoꝛ cũ validissimo exercitu: ꝛ extincte fuerũt in circuitu eius munitiones: ꝛ clausa est ciuitas decem ꝛ octo mensibus.

¶ Secũdũ considerãdũ est ciuitatis afflictio: ꝑualuit q̃ppe interim fames nec erat panis populo terre.

¶ Tertiũ cõsiderãdũ est ciuitatis captio: Nam ciuitas capta fuit et fugit Sedechias. Rabi Salomon dicit ꝙ ipse fugit p quãdã viam sbterraneã cuius exitus erat bñ lõge a ciuitate: sed deus fecit apparere vnã capreaȝ siluestrem: ꝛ dum Caldei vellẽt eam capere: fugiendo cucurrit sup terram ꝑm viam illius linee sbterranee ꝑdictam. vsq̧ ad exitum: ꝛ sic Caldei inuenerunt Sedechiã qui exierat viã illam. Sed Nico. de lyra dicit ꝙ h⁰ non est verisimile: ꝙ Caldei tũc intenderent venationi: ideo dicendum ꝙ insecuti sunt Sedechiam p indicium aliquoꝝ quos cepũt in ciuitate: q̃ nõ poterant fugere ꝑm Mag. in histo. capta fuit ciuitas circa mediã noctẽ Capt⁹ itaq̧ fuit Sedechias: ꝛ adductus corã Nabuchodonosoꝛ: q̃ dixit ei. Magnus deus bñs nequiciã tuã odio tradidit te mihi. occidit ꝛ filios eius coram eo: oculos vo Sedechie effodit: ꝛ catenis vinxit euȝ: ꝛ duxit eum in Babilonẽ: muri autẽ hierl'm destructi sunt: ꝛ ciuitas expoliata: tãdem succensa: et populus ductus in captiuitatem. refert Mag. in hist. ꝙ cũ Nabuchodonosoꝛ intrasset babilonem cum triumpho: victimas solẽnes imolauit dijs suis: et solẽnizauit cum omni populo noueȝ dieb⁹: cũq̧ recũberẽt exhilarati: ꝑcepit rex vt adducerct Sedechias in mediũ: ꝛ aliq̃ de cãtoribus tẽpli cũ eo: q̃ psallerent corã cõuiuãtib⁹ in musicis instrumẽtis: ꝛ canerẽt ymnos de cãticis sion Bibebãt autẽ cõuiue in vasis dom⁹ dñi quoꝝ quedã Nabuchodonosoꝛ cõsecrauit Idol': quedã vo sibi reseruauit: cũq̧ darent psallẽtibus potuȝ: clanculo ꝑcepit rex: vt daret Sedechie potus laxatiuus: ꝛ corã omnib⁹ ignominiose laxat⁹ est. Sicq̧ irrisuȝ reducere ad carcerẽ: q̃ nimio afflict⁹ doloꝛe: post paucos dies moꝛtuus est. At Nabuchodonosoꝛ fecit eum honoꝛe regio sepeliri. Tali iudi⁰ de⁹ illũ puniuit: q̃a vt scribit. 2. Parali. vl. c. viginti ꝛ vnius ãni erat cum regnare cepisset: ꝛ vndeciȝ ãnis regnauit in hierl'm: ꝛ fecit maluȝ corã oculis dñi dei sui: nec erubuit faciẽ Jheremie ꝓphete loquentis ad se ex oꝛe

dñi. A Rege quoq Nabuchodono
sor recessit: q adiurauerat eũ p deuz:
et indurauit ceruicez suã et cor: vt nõ
reuerteret ad dñm deũ Israhel. Si
g ipse timuisset deũ: abstinuissz vtiq
a tot tantisq peccatis: et deus miseri
cordiã suaz ostẽdisset illi: quã nobis
exhibeat: qui est benedictus in secla
seculorum. Amen.

Sermo tertiusdecimus de iudicio
dei contra Iudeos xpm et ecclesiam
psequentes.

Completis ãnis. 70. Iu
daice captiuitatis opãte
hesdra sacerdote: et Zo
robabel: suscitauit dñs
spiritũ Ciri Regis Persarum: q anno
pmo sui Imperij laxata hebreorum ca
ptiuitate: quatuor ferme hominum
millia fec regredi in iudeã: restituẽs
eis vasa tẽpli aurea et argentea qnq
millia qdringenta: que Nabuchodo
nosor portauerat in Babilonez: sicq
rehedificata est hierlm et templũ: eo
tpe quo Tarqnus supbus regnabat
in vrbe. Colligunt ista ex pmo libro
Hesdre. c. i. ex dictis Iosephi in libris
antiqtatũ: et Bede in libro de tpibus:
sicq populus ille ibi multiplicatus est
vsq ad tempora xpi: verũtamẽ quia
xpm et ecclesiã Iudei acriter psecuti
sunt: de qua impietate noluerũt pe
nitere: volẽte deo ciuitas Hierusalez
a Romanis euersa ẽ: et populus fame
et gladio perijt: et q remãserũt viliter
fuerũt venundati: ppterea vt in dies
ad timẽdũ deũ studiosius inuigilemus
in hoc sermone de iudicio dei cõtra
Iudeos xpm et ecclesiam psequẽtes
verba faciemus: videbimusq qualiter
ciuitas hierlm destructa fuit: et pplus
eius dispersus: de qua desolatõe tria
misteria erunt declaranda.

Primũ dicit significationis.
Secũdum prenũtiationis.
Tertium executionis.

De signis et portẽtis qbus dei iu
dicia sepe pmonstrat. Cap. i.

Significata fuit portentis et si
gnis desolatio hierlm: et in hoc
apparet duricia populi: qa nunq ad
penitẽtiã redijt. Verũtamen vt plenius
intelligant singula: in hoc misterio
tria sũt dubia absoluẽda. Primũ
an timendũ sit: cũ alique nouitates
apparent in corporibus celestibus: etiaz
si naturaliter fiant. Secũduz que
sunt illa signa: ppter que timenduz
est: ne imineant de ppinquo hõibus
mala. Tertiũ qbus signis hiero
solimorum excidiũ fuit pmonstratum.
Pro pmo dubio arguũt aliq dicen
tes illud Ihere. io. c. A signis celi no
lite timẽ que solent metuẽ gentes: et
tñ cõtra istos est auctoritas xpi: qui
Luce. zi. caº. ait. Erunt signa in sole
luna et stellis: que verba dicta sunt: vt
p illa signa hõies terreantur. Rndet
his Nic. de lyra supprafato. io. c. Ihe.
q timẽ ppter signa celi põt esse du
plicit: aut rõabilit: aut supsticiose. pº
mõ licitũ ẽ: et ad prudẽtiaz spectat sic
timere: nã lz corpa celestia sũt agẽtia
de necessitate tñ hñt vtutẽ imutãdi
elemẽta: et cõposita ex eis: ad diuer
sas qualitates: ex qbus disponũt hu
mana corpa ad varias infirmitates
sicut ex dñio Martis colera accẽdit

ex qua accensiõe nõ solũ corpa dispo nũt ad infirmitatẽ aliquã: sed etiam appetitus sensitiuus ad irã: ex quo se quũt vlterius lites ⁊ dissentiões: eo ꝙ hõies vt in pluribus sequunt suas passiones: soli sapientes eaꝝ dñant ꝑ rõnez. Timor autẽ facit precauere a malis futuris: ⁊ ideo timẽ a celi cõ stellationib⁹: ad hoc ꝙ hõ cõsulat de bñdo remedio cõtra dispositiões ad infirmitates corpoꝝ ⁊ passiones ma las: ⁊ alia huiusmodi que possunt ex influẽtia celi causari: nõ est malũ: sed bonũ: ⁊ satis conueniẽs. ¶ 2° modo timere ꝓpter signa celi. s. supstitiose: illicitũ est ⁊ peccatũ: ⁊ sic loqͭ Iher. vñ s̃bdit q̃a voces populoꝝ vane sũt qd insup ponit. C. de penis. l. decu rionũ. Filij vane inq̃t voces ꝑplorũ nõ sunt audiende. Apud ꝑplos autẽ triplex supstitio inuenta est circa cor pora celestia. ¶ Prima eorũ qui di xerunt illa esse animata. ¶ 2ª eoꝝ q̃ dixerũt illa esse deos. ¶ 3ª eoꝝ qui dixerunt corpa celestia imprimere in intellectũ nostrũ. ¶ Prima supstitio est eoꝝ q̃ tenuerũt corpa celestia esse animata. Cõtra quos est auctoritas Damasceni: qui in. 2. li. ait. Nullus animatos celos vel luminaria existi met inanimati enim sunt ⁊ insensibi les. ⁊ Aug. li. 13. de ci. dei ait. Nõ est credẽdũ ꝙ Plato dicit globos istos luminũ siue orbiculos luce corporea sup aerẽ: seu die: seu nocte fulgẽtes suis quidẽ ꝓprijs animab⁹ viuere. et 18. li. de ci. dei dicit: ꝙ Anaxagoras factus est reus apud Atheniẽses: q̃a dixit solem esse lapidem ardentem: negãs vtiq̃ ipsũ esse deũ: vel aliq̃d animatũ. Si ꝟo obiceret ꝙ nõ solũ Platonici: sed etiã doctores fidei te nuerunt corpora celestia eẽ animata vt Origenes ⁊ hiero. Aug. insup h° s̃b dubio d̃relinquit. vt. 73. in euche ridion ⁊ in. 2. sup Genesi3 ad lit. vbi dicit ꝙ si sũt animata corpa celestia ꝑtinent ad societatẽ angeloꝝ eorum anime. Rñdet Tho. i. ꝑte. q. 69. vel 70. ꝙ inter ponentes corpa celestia esse animata vel inanimata: ꝑua vel nulla est differẽtia in re ẜ in voce tm̃ qm̃ dici pñt animata ñ sicut planete ⁊ animalia: sed equiuoce in quãtum s̃bstãtie spũales vniũt corporib⁹ cele stibus: vt motores mobilib⁹ quo fit vt motus celestiũ corpoꝝ sit ab aliq̃ s̃bstãtia apprehẽdẽte: ⁊ nõ solũ a nã: sicut grauia ⁊ leuia. vñ Aug. dicit. 3 de trinitate. Corpora omnia admi nistrari a deo ꝑ spũm vite. ¶ Scda supstitio fuit alioꝝ dicẽtiũ corpa ce lestia esse deos: vt fuerunt Egyptij: de q̃bus Eusebius pãphili. li. i. d̃ euã gelica ꝑparatõe ait. Egyptios ferũt ꝑmos omniũ cũ in celũ oculos sustu lissent motũ ordinẽ ⁊ quãtitates ce lestiũ corporũ admiratos: solẽ ac lu nam deos putasse. ¶ Tertia supsti tio fuit alioꝝ: q̃ tenuerũt ꝙ corpa ce lestia imp̃mũt in intellectũ nostrum qd vtiq̃ falsum fore ostendit. Tho. in. 3. sũme contra gẽtiles. dicens ꝙ directe ⁊ ꝑ se nõ imp̃mit: q̃a vt dicit Dionysius li°. de diuinis nominib⁹. ⁊ Aug. 3. de trinitate. Diuine ꝓuidẽ tie ordo est: vt ꝑ supiora regãt infe riora: ⁊ moueant. Intellectus autez ordine nature omnia corpa excedit. impossibile est ḡ ꝙ corpora celestia



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

agāt in intellectū directe nec possint esse cā p se: eo℞ que sunt circa intellectum. Insup nullū corpus agit nisi p motū: vt habet. 8. physico℞. ḡ que sunt omnino extra motuꝫ nō possūt esse causata a corporib⁹ celestib⁹. sed ea que sunt circa intellectū: sunt oio extra motum p se loquendo: sicut pꝫ .7. phi. q̇nimo p q̇etem a motib⁹ fit anima prudēs ꝛ sciēs vt dicit ibideꝫ Indirecte tamen corpa celestia pñt imprimere in nostrū intellectū: q̇a licꝫ intellectus noster non sit ꝟtus corporea: tñ in nobis opatio intellect⁹ compleri nō pōt sine opatōe ꝟtutuꝫ corporea℞: que sūt imaginatio ꝛ vis rememoratiua et cogitatiua: et inde est ꝙ impeditis ha℞ ꝟtutū opatōib⁹ ꝑpter aliquā indispositōeꝫ corporis impedit opatio intellectus: sicut pꝫ in freneticis ꝛ litargicis ꝛ similibus ꝛ ꝑpter hoc etiā bonitas dispositōis corporis humani: facit actū ad intelligēdū: in quātū ex hoc pdicte vires fortiores existunt: dispositio autē corporis hūani sbiacet celestib⁹ motib⁹: ꝛ sic ad ꝑpositū redeūdo supstitiose opiniones de corporib⁹ celestib⁹ nō sunt acceptande.

Scdm dubiū qd erat absoluēdū que sūt illa signa ꝑpter que timēdū ē ne imineāt de ꝑpinquo hominib⁹ mala: ꝛ dico ꝙ sunt tria.

Primū solis ꝛ lune defectio.

2ᵐ cometarum apparitio.

3ᵐ portento℞ frequentatio.

Primū signum quotiēscūqꝫ etenim eclipsat sol: vel luna: timendū est de aliq° malo venturo: pbat hoc pmo p Ptolomeū: q̇ in centiloq̇o ait: sol ꝛ luna sunt domini alio℞ planeta℞ eo ꝙ sunt cause totius opis ꝛ gubernatōis stella℞: ideo eclipsis accidentia grandia significat. ꝛ Messala. c. 7°. de tēporū varietate ait. Scito ꝙ in eclipsi solis aut lune non poterit fieri: quin significet aliqd magnum accidens ɓm quātitatē eclipsis ipsi⁹. Naꝫ in signis igneis significabit interitum Regis ꝛ diuitū ꝛ siccitatē ꝛ terre sterilitatē atqꝫ famē. Et Uirg. in pmo Geor. inquit. Sol tibi signa dabit: solē quis dicere falsū Audeat: ille etiā cecos instare tumult⁹. Sepe monet fraudē: ꝛ opta tumescē bella. Ille etiam extincto miserat⁹ Cesare Romā. Cum caput obscura nitidū ferrugine texit. Impiaqꝫ eternam timuerunt secula nocteꝫ. Recitat Ricobald⁹ in cronicis: ꝙ āno Neronis quarto solis defectio fuit: ꝛ terremotus magnus. Tunc magna psecutō insurrexit contra xpianos: Petrus ꝛ Paulus martirio fuerunt coronati. Post passionē ꝟo illo℞ tāta Rome pestilentia fuit: vt triginta millia funeruꝫ in fatione venerūt. Laodicia et Colossa: et Jeropolis: Urbes in Asia terremotu cōciderūt. Tempore Cōstantini. 3. facta est solis defectio hic Cōstātinus Italiā de Lōgobardis liberare conat⁹: ab Athenis per mare Tarentuꝫ trāsiuit: oēsqꝫ vrbes in campania ꝛ terris circūuicinis a Longobardis occupatas per quas venit vi cepit. Romā tandem pgit: papā Martinū occidit. In Siciliaꝫ apud Siracusas a suis occidit. paulo post Sarraceni cū nauib⁹ in Siciliā veniunt: Siracusas captas diripiūt

ornamenta Alexādriam deferunt.
Templū ↄstruit in hierl'm: vbi tēplū
Salomonis fuerat. Tpe Lotarij
secundi factus est sol sanguineus: et
post paucos dies hominū lues est se
cuta. Refert ad hoc Eutropi⁹ ꝙ fer
uente tumultu belloꝝ ciuiliū: tres so
les simul exorti sunt: qui paulatiȝ co
hierunt in vnum. Scias tamē ꝙ nō
sunt idem eclipsis solis: ⁊ multiplica
tio in aspectu. Nam vt dicit Isidor⁹
li.3. ethimo. Eclipsis solis ē quotiēs
luna.30. ad eandem lineam qua sol
vehit̄ ꝑuenit: eiq; se obiciēs soleȝ ob
scurat. Naȝ deficere nobis sol videt̄
dum illi orbis lune oppōit̄. De mul
tiplicatōe āo solis quia vident̄.3. di
cit Seneca.li.i. de questiōib⁹ nālib⁹
hos nō esse soles: sed imagines solis
in nube spissa soli ꝓpinqua: in qua
radij solares inclusi sunt. ⁊ Johānes
solobriensis in policratone.li.2. ait.
Quotiens sol in celo videbit̄ gemi
nari: inūdationē aquaꝝ ſbtus orbis
expectet ⁊ liȝ a raritate sui miraculis
videat̄ accedere: opus tñ nature est
que quidem soles non geminat: sed
nubem simillimā facit: vocat̄q; pare
lion. Est enim parelion nubes simil
lima soli. ¶ Secūdum signū ꝓpter
q̊ timenda sunt mala futura dicit̄
comete apparitio. d̊ qua nota q̊ di
cit Tullius libro secundo de natura
deoꝝ: ꝙ cometa grecum vocabuluȝ
est: quam latini crinitā stellā vocant
eo ꝙ comas luminis de se fundat.
Pictagorici dixerunt cometam esse
vnam de.7. stellis erraticis: quoruȝ
falsitas apparet: cum sepe oēs luceāt
apparente cometa. Arist.i. methaph.
scribit Anaxagoraȝ: Democritum et
alios dixisse cometaȝ fore de natura
celi: sed cum omnis stella celi sit ꝑpe
tua: ⁊ cometa videat̄ deficē absq; eo
ꝙ solis radijs abscondat̄. Jō dicēdū
cum Johāne damasceno ꝙ cometa
non est stella de natura celi: ſ; vapor
ad volūtatem creatoris accensus in
viscosa materia ⁊ adustibili. de appa
ritione ꝗ̊ comete dicit Ptolome⁹ in
centiloq̊o ꝓpositōne.99. ⁊ in.2. qua
driptiti.c.vi. ⁊ Arist. in ṗmo metha.
ꝙ significat malos effectus. Scribit
Seneca in questiōib⁹ naturalibus ꝙ
due insule ſbmerse sunt prenūtiante
cometa. Narrat Justinus ꝙ anno
quo natus est Mitridates: ⁊ ā no q°
ṗmū regnare cepit: cometa ꝑ vtrūq;
tempus multis diebus splenduit cū
luce tanta: vt celum omne videretur
ardē: in quātitate videbat̄ occupare
magnū celi spacium: ⁊ in luce vince
bat nitorem solis apparebatq; horis
quatuor. Hic Mitridates.46. ānis
cum Romanis atrocia bella gessit.
de quo scribit Ualerius in rubrica
de studio ⁊ industria: ⁊ idē cōfirmat
Solinus in li. de mirabilibus mūdi
viginti duaꝝ gentiū q̊bus imꝑabat
ideoma didicēat: ⁊ vt refert Justin⁹
⁊ Eutropius. Cū Nicomedē regeȝ
Bithimie regno pararet pellē amicū
romanoꝝ: cum diceretur sibi ꝙ si id
faceret romanis displiceret: cū ephe
sum ꝑuenissȝ crudeli edicto: vt scribit
Ualerius in rubrica de crudelitate:
multa familia romanoꝝ ciuium in
Asia ꝑ vrbes negociādi cā dispersa
vna epistola ⁊ vno die truncari fecit
q̊ȝ miserabilis illa reꝝ facies fuit vt

vbicūqȝ Romanus fuisset inuentus
puta in agro:i domo: in foro:in via
in tēplo:in lecto:in cōuiuio:velut ho
stis mactaret. Seneca li.6.ꝺ qōib⁹
naturalib⁹ dicit: ꝙ impāte Nerone
senis mēsibbs apparuit cometa:neqȝ
ꝟo peius ꝗd illis tpibus potuit esse:
q̄ȝ viuere sb̄ dn̄o tam criminoso: de
quo dicit Johānes solobriēsis in po
licratone.li.1. Jn tanta mole imperij
omnē perosus est grauitatē philoso
phiā ꝑsequēs quasi maiestatis impij
inimicā:⁊ nobiliora ingenia veritus
se consilijs sb̄didit histrionū. Cuȝ ꝟo
essȝ omniū auarissim⁹:adeo vt nulli
qꝺcūqȝ officiū delegaret:ꝗn ꝓseque
ret:nosti quid mihi opus ē:aut illud
sb̄iceret:qui omnib⁹ ꝑest:omnib⁹ in
diget:tn̄ histriōib⁹ ⁊ mimis pecūias
infinitas erogare nō grauabat:sin-
gulos prout ꝗbusqȝ placuerat āplissi
me dignitatis nomine sublimabat.
Alios patricios:alios Senatores.di
cens hos illustriū spectabiliū ne no-
minibus illustrabat.

¶ Tertiū signū ꝓpē qꝺ timēda sūt
mala futura:dicit portētoꝝ frequē-
tatio:quādo multiplicant ꝓdigia et
ostenta solent seq̄ ꝓditores:⁊ mala.
vnde Plinius li°.2.de nāli historia
scribit:ꝙ āno āteq̄ȝ Crassus occidēt
a Parthis:ferrum pluit in Lucanis
⁊ omnes Lucani milites: quoꝝ nu
merus mult⁹ erat:in illo exercitu fue
runt cesi. Recitat Horosius ꝙ anno
ab vrbe ꝯdita q̄dringētesimo octoa
gesimo:sanguis de terra e multis fō
tibus scaturijt:ꝓ malo qꝺ secutū est
quādo sequenti āno terribilis pestis
Romanos inuasit. Jdem horosius
refert:ꝙ āno ab vrbe condita q̄drin
gētesimo octoagesimo sexto:dira ꝓ
digia visa sunt Rome: edes salutis
ictu fulminis dissoluta est. Apud for
mas:multis ictibus fulminū menia
vndiqȝ combusta ⁊ dissoluta sūt. Se
quēti āno Sēpronius ꝯsul aduersus
Picentes exercitū duxit: triste adeo
id bellū fuit: vt cuȝ media pugna cō
tremuisset terra:⁊ fuisset terremot⁹
⁊ diceret ꝙ cū sono taȝ horribili san
guinē humanū accipe voluisset. Ro
mani ꝗppe pauci admodū qui remā
serunt vicer[...]t:ꝗa vtraqȝ ꝑs gladio
corruit: paucis Romāis remanētib⁹
horosius insup dicit ꝙ bellū Picētū
marsoꝝ:pelignoꝝ:Sānitū: ⁊ Luca
noꝝ multa ꝓdigia ꝑcesserūt. Nam
Rome sb̄ ortu solis globus igneus e
regione Septētrionis cuȝ maximo
celi fragore emicuit. Apud Tarenti
nos cū panes ꝑ cōuiuia frāgerentur
cruor e medijs panib⁹ q̄si e vulnēib⁹
corpoꝝ fluxit:tūc ꝑ septem cōtinuos
dies grādo lapidū: imixtis etiam te
xtaꝝ fragmētis: terrā latissime ꝟbe
rauit. Bellū punicū ſm multa prodi
gia ꝑmonstrarūt. Nā bos ꝗdem lo
cutus est Rome.dicens. Caue tibi
Roma.⁊ Aug.li.5.de ci.dei.c.vl.de
hoc ait. Omitto boues locutos:infā
tes nōdū natos:quedā ꝟba clamasse
de vteris matrū: volasse serpētes:fe
minas ⁊ gallinas et hōies in mascu
linum sexum fuisse conuersas. Jnter
cetera mala que ex post secuta sūt ſȝ
horosiū in ea pugna que apꝺ cānas
celebrata est 44.millia romanoruȝ
cesa sūt. Hanibal in testimoniū victo
rie tres modios anuloꝝ aureoꝝ qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

nonis qui de deo varia sunt locuti:
cōcludit dicens. Hoꝝ tamē sentētia
q̄uis sit incerta: eodez tū spectat vt
puidentiā esse vnā consentiant.

¶ De cognitione vnius dei ex ido
latrarū supstitione.

Quintus modus quo pbam⁹
quo deus est vn⁹ dicit idola
traꝝ supstitio. Naz idolatre q̄ deos
mltos sibi pfecē supsticiose q̄dez ad
talē deuenerūt insaniā. Naz vt inq̄t
Tho.22.q.94. Aliq nō cōsiderātes
deum: s3 admirantes pulchritudinez
7 vtutem creaturaꝝ ipsas p deo sūt
venerati de q̄b⁹ Sapiētie.13.cap.sic
scribit. Uani sunt oēs hōies in q̄b⁹
nō subest scientia dei: 7 de his que vi
dent bona nō potuerūt intelligere:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

eum qui est: neq opibus attendētes cognouerūt quis esset artifex: s aut ignem: aut spūm: aut titanē aerem: aut girū stellaꝝ: aut nimiā aquā: aut solē: aut lunā: rectores orbis terraꝝ deos putauerūt. Et Eusebi᷒ Pāphi lij li. pmo de euāgelica ꝑpatiōe inqt Diodoꝝ de pma hominū theologia scribentē audiamus: Egyptios ferūt pmos omniū: cū in celū oculos sustulissent: motū ordinē ⁊ quātitates celestiū corporū admiratos: solem ac lunā deos putasse. ⁊ ibi plato in cratilo sic scribit ad ꝟbū. Uident mihi pmi grecorum eos solūmō deos putasse quos etiā nūc mlti ex barbaris colunt solem: vicz atq lunā tellurem stellas ac celū. Naz cū ipsa cernerent thein semp: hoc ē currē atq reuolui: ab hac ipsius thein natura: theos. i. deos appellarunt. Nōnulli ꝟo moti sunt ꝑpter inordinatā affectiōnē ad suos: ⁊ cū defuncti essent: statuas in eoꝝ memoriā dedicarūt: quas cum famuli ad cōplacētiā dñoꝝ salutare venerariq cepissēt: mox demōes illas ingressi: respōsa dare cepunt: qre ⁊ statuis diuin᷒ honor est cōsecrat᷒. vñ Jsidorus li. io. ethimo. refert ꝙ a Nino orta sunt idola: mō qui sequit Mortuo siqdē Belo patre ei᷒: Nin᷒ in solaciū doloris fieri fecit imaginē pris sui: cui multā exhibebat reuerentiaz: ꝑinde hōies regiōis sibi blādiri volentes: diuinos honores imagini exhibere cepunt. Hoc exēplo: plures caris suis mortuis imagines cepūt dedicare: et sicut ab idolo Beli cetera traxerunt originē: sic ab ei᷒ nomine nomina gnālit acceperūt: sicut enim belūs dict᷒ ē ab Assirijs: sic ⁊ alie natiōes ꝑm ideomata ⁊ linguaꝝ varietates alie beel: alie bel: alie baal: Alie belfegor: alie belzebuch: eoꝝ Jdola vocauerūt: quos itaq pagani deos dicebant: hōies fuisse mōstrat: ⁊ pro vni᷒cui᷒q vita vel meritis: apō suos coli cepūt: vt apud Egyptios Jsis. apud Cretā Jupiter. apud mauros Juba. apud Latinos Faun᷒. apud Romanos Quirinus. apud Athenienses Minerua: in quoꝝ laudib᷒ ac cesserūt poete q̄ eos in celū cōposit. carminib᷒ extulerūt. sūt et alia mlta que nos breuitatis cā dimittimus. Jgit vt scribit de sūma tri. ⁊ fi. ca. c. i. Firmiter credim᷒ et simpliciter cōfitemur ꝙ vnus solus est ꝟus deus eternus incōmutabilis.

## De trinitate ꝑsonali.

### Cap. tertiū.

De altissima trinitate āmodo dicēdū erit: qm̄ licz vnā ꝟacit dei cōfiteamur naturā: vnāq sbam: tñ tres in diuinis ꝑsonas fideliter ꝑclamam᷒: ad cui᷒ rei plenioꝛē hñdaz noticiaz: quinq de ipsa ineffabili trinitate occurrūt considerāda.

Primū dicit naturalis cognitio.
2ᵐ scripture ꝑnūtiatio.
3ᵐ superna reuelatio.
4ᵐ ꝑsonaꝝ terminatio.
5ᵐ fidelium obligatio.

## De cognitōe trinitatis diuinarū ꝑsonarum.

Primū qd̄ cōsiderādū occurrit de trinitate ē nālis cognitio vbi videdū est vtruz ꝑ rōnem nālem possit cognosci trinitas personaruz diuinarū. Et respōdet Alexander in

ꝑmo sūme. et tho.ꝑma pte.q.32.ꝙ impossibile est per ratiōem naturalē ad cognitionem trinitatis venire. quia homo ꝑ rōnem nālez in cognitionez dei venire non potest: nisi ex creaturis:creature autem ducunt in dei cognitionē:sicut effect⁹ in causaz hoc ergo soluz rōne naturali potest de deo cognosci qđ cōpetē ei necesse sit:ẜm ꝙ est omniū entiū ꝑncipium ↄ̄tus autē creatiua dei est cōmunis toti trinitati. vñ ptinet ad vnitatem essentie:nō ad distinctōez ꝑsonaruz. Per rōem ģ nālem cognosci possūt de deo ea que ptinēt ad vnitatē essētie:ñ aūt ea que ptinēt ad distinctiōz ꝑsonaꝝ. Qui autē ꝓbare nitiť trinitatē ꝑsonarum nāli rōe:fidei dicitur derogare. Primo q̄dē quātū ad dignitatē ipsi⁹ fidei que est:vt sit de rebus inuisibilib⁹:que rōnē humanaz excedūt. Secūdo quātū ad vtilitatē trahendi aliquos ad fidem:cū enim aliq̄s ad ꝓbandū fidez inducit rōes que nō sūt cogētes:cedit in derisiōez infideliū:q̄ credūt ꝙ h⁹modi rōibus initamur:ꝫ ꝓpter eas credam⁹. Jō dicit hilarius libro de trinitate. Nō putet homo sua intelligētia sacramētum generatōis ⁊ ꝓcessiōis se posse cōsequi. Et Diony.li.de diuinis nominibus. Non est inq̄t audēdū dicē aliq̄d nec cogitare ꝺ̄ supsbstātiali occulta diuinitate:preter ea que diuini t⁹ nobis ex sacris eloquijs sūt expssa Notandū tñ ẜm Landul. in.i.di.3. ꝙ possum⁹ per imaginem venire in cognitionē trinitatis in diuinis: nō tñ suppositoꝝ ẜ pfectionū vt arguať sic. Dis pfectio que est in nobis eminentius est in deo. Jsta concediť a philosopho: q̄a cōcederet ꝙ species superioꝛ contineret ↄ̄tualiter omnē pfectionem inferioꝛis:remota impfectione:sed pfectiōis est in nobis mēs noticia ⁊ amoꝛ.ģ arguiť esse in deo Jstud acceptať a Pho qui in.12.methaphi.ait:ꝙ in deo ē summus intellectus:⁊ sūmū intelligere:⁊ sūma voluntas:sūme voluptuosa.i. gaudiosa vbi Cōmētatoꝛ cōmento.37.ꝓbat ꝙ in deo est intellectus ⁊ volūtas ⁊ actus eoꝝ:quāuis nō per additā rez vel intētionem. hoc idē dicit in fine cōmēti.38. ꝙ in deo est trinitas pfecta:sed dicit ꝙ hanc trinitatem putauerunt chꝛistiani esse trinitatē suppositoꝝ:⁊ illō ipse negat:ẜ male negat hoc dicit Aug.7. cōfessionū fuisse ꝺ̄ mēte Platonis.⁊.10.de ci.dei.c.2°. fuisse de mēte Poꝛphirij. Cōcludēdū ģ ẜm Tho.vbi.ŝ.ꝙ philosophi non cognouerūt misteriū diuinaꝝ personaꝝ ꝑ ꝓpꝛia: que sunt paternitas filiatio ⁊ ꝓcessio. Juxta illud Apost. prime ad coꝛin.2.c°. Loq̄mur dei sapientiā: quā nemo ꝑncipū hui⁹ secli nouit.s.philosophoꝝ ẜm glosam.cognouerūt tamen quedaz attributa que appꝛopanť ꝑsonis: sicut potētia appꝛopatur patri:sapiētia filio ⁊ spūi sancto bonitas. Si ↄ̄o aliq̄s querēt Ad quid ē ergo necessaria cognitio trinitatis:si humana ratōe cognosci non potest. Rñdet Tho.ꝙ talis cognitio necessaria est nobis dupliciť. Uno modo ad recte sentienduz de creatione rerum. Per hoc enim qđ dicimus deum omnia fecisse verbo suo : Excluditur erroꝛ ponentium

deum produxisse res: ex necessitate nature. Per hoc autē qđ ponimus in eo processionē amoris ostenditur: q̄ deus nō propter aliquā indigentiā produxit creaturas: neq; propter aliquam cām extrinsecā: sed propter amorem sue bonitatis. Secūdo fuit necessaria cognitio trinitatis ad recte sentiēdum de salute gn̄is humani: que pficitur p filium incarnatum.

¶ Secūdū qđ cōsiderādū occurrit de trinitate: dicit scripture pnūtiatō. In veteri nāq; lege sepius pluralitas psonarū est psignata. Nam scribitur genesis pmo.c. In principio creauit deus celum et terram. sm Ni. de lyra hebraica veritas hz. In pncipio heloiz creauit celum et terrā: heloim aūt est plurale huius nominis. hel. sicut pz scientibus proprietates ideomatis hebrei p hoc autē q̄ nomē plurale diuinum cōiūgit cum vbo singularis numeri: cū dicit creauit heloim: ac si diceret creauit dij: ondit scriptura q̄ in deo est aliqua pluralitas in vnitate essentie: et talis modus freqūētissime in veteri testamēto inuenit. Sz cōn hoc respōdēt Judei dicētes: q̄ hoc nomē heloim qn̄ ponit p deo: improprie dicit: et indifferenter accipit pro suo plurali et singulari: qn̄ aūt d deo vbo dicit semp accipit in singulari: et sic sumit in proposito: qn̄ dicit. In pncipio creauit heloim. i. deus. Ad quam solutōez infringēdā arguit Nico. de lyra: ex textu sacre scripture: qa hoc nomē heloim qn̄ pōit p deo: et alia nomina diuina dicūt freqūēter de deo vbo in plurali: qđ pz manifeste qa cōiūgit cum adiectiuis pl'alis numeri. vn̄ Josue vltimo dicit. Nō potestis seruire dn̄o: qa dn̄s ipse sactus est: hebraica veritas hz sic. Nō potestis seruire dn̄o: qa heloim sancti ipse est. Item Jhere. xx.c. Peruertistis vba dei viuentis: deum exercituū dei vestri. hebraica veritas sic hēt. Peruertistis vba heloim viuentiū domini. Et notādū q̄ ibi ponit nomen dei Thethagramaton: cū dicit in auctoritate pmissa: dn̄i exercituū: vbi eniz hēmus domini: in hebreo ponit nomen dn̄i thethagramaton: qđ significat diuinā nāz sm suas proprietates intrinsecas: absq; respectu ad extra: et sic pz in q̄ intrinsecis diuinitatis ē aliq̄ pluralitas: p pl'alitatē imediate precedētē: cū dico in auctoritate. Peruertistis vba heloim. i. deorum viuentium et cōiungitur ista pluralitas nomini dei thethagramaton: cū imediate sequitur: dn̄i exercituū zc̄. Et sic patz per hoc q̄ in vnitate diuine essentie est aliq̄ pluralitas: cū sūma simplicitate qđ non est in alijs: qa semp vbi scriptura pōit aliqđ denotās pl'alitatez psonarū: ibidē ostēdit essētie vnitatez. Itē Jsaye. 54. scribit sic. Dn̄abitur tui qui fecit te: dn̄s deus exercituuz nomen eius: vitas hebraica sic hēt. Dn̄atores tui: factores tui: dominus exercituū nomen eius. In hac auctoritate vbi pōit deus exercituū nomē eius: ponit nomē dei thethagramaton: et ideo potest argui: sicut ex pcedenti. Similiter hoc nomē heloim frequenter coniungit cū vbo pl'alis numeri. vbi gratia. 2. Regum. 7. c°. dicitur. Que est gens vt populus Jsrabel in terra: propter quam iuit

dominus vt redimeret sibi populũ.
hebraica ꝟitas habet.iuerũt heloim.
Fuit adhuc a ꝓphetis alio mõ pnun
tiata trinitas ꝑsonaꝝ. Uñ psal.44
dicit.Sedes tua deꝰ in seculũ seculi
ꝟga directiõis:ꝟga regni tui. Pro
pterea vnxit te deꝰ deꝰ tuus:ƀꝫ Ni.
de lyra sup.i.c.ad hebreos. Jn hac
auctoritate exp̃mit xp̃s: tãquã deus
vnctus:q̃a in hũanitate vnctꝰ est ple
nitudine gratie. exp̃mit ꝑ hoc deus
vngẽs:tanq̃ꝫ ꝑsona distincta ab ipso
vncto q̃a scriptura de ipso vngendo
loquit tanq̃ꝫ de alia ꝑsona.Jnsup ex
ꝑte dei vngẽtis duplicat hoc nomẽ
deꝰ:cũ dr̃.Unxit te deꝰ deꝰ tuus an
denotãdũ ꝑsonã p̃ris ⁊ sp̃us sancti.
Sꝫ moderni Judei exponunt hunc
psal.de Assuero: ⁊ dicũt ꝙ iste psal.
factꝰ ẽ a Mardocheo:ƀ hoc pꝫ falsuꝫ
Primo q̃a ñ intitulat a mardocheo
sicut aliq̃ psalmi intitulãt ab Asaph
q̃ eos fecit:vt pꝫ in titulo psalmi.49
⁊ in pluribus alijs locis.Jste autem
psalmꝰ intitulat a Dauid:vt patꝫ in
hebraico:hoc etiã pꝫ ꝑ litterã psal.se
quẽtis:q̃a iste Rex de quo ẽ psal. hr̃
tãq̃ꝫ deꝰ adorãdꝰ ƀm ꝙ ibidẽ dicit.
Cõcupiscet Rex decorẽ tuũ:q̃a ip̃e ẽ
dñs deꝰ tuus:⁊ adorabũt eũ. Si ãt
ista ꝟba dicãt ꝺ Assuero Rege seq̃t
ꝙ Mardocheꝰ inducẽt totũ ꝓplm:⁊
ipsã hester ad quã dirigũt ꝟba pre
missa ƀꝫ expositõeꝫ eoꝝ ad adorãdũ
Assueꝝ sicut deum:qꝺ manifeste pꝫ
falsũ:q̃a in eodẽ libro dr̃ ꝙ noluit fle
ctere corã Aman: ne honorem dei
trãsferret in hominẽ. hoc etiã pꝫ per
trãslatõeꝫ caldaicã suꝑ psal. istũ que
auctẽtica ẽ apud hebreos:vbi.n.in ƀ
psal.hẽmus sic.Speciosus forma pre
filijs hominũ:diffusa ẽ g̃tia in labijs
tuis.caldaicũ sic hꝫ. pulchritudo tua
messia maior q̃ꝫ filioꝝ hominũ:datꝰ
ẽ sp̃us ꝓphetie in labijs tuis.sic g̃ pꝫ
ex p̃dictis ꝙ auctoritas q̃ hic inducit
ꝺ illo psal.ad litterã intelligit ꝺ xp̃o
Jtẽ oñdit pluralitas ꝑsonaꝝ in ps.
109. Dixit dñs dño ⁊c.q̃ ad lr̃aꝫ de
xp̃o ẽ intelligẽdꝰ.ƀ Judei aliq̃ dicũt
ipsuꝫ debẽ intelligi de habraã:et ꝙ
Eliezer eius dispensator fecit illũ ad
reddẽdũ g̃tias deo: de victoria quã
hũit habraã ꝯ̃ illos Reges q̃ capti
uauerãt Loth nepotẽ suũ:ƀm qꝺ hr̃
Geñ 16.c.ƀ hoc patet falsũ ex titulo
psalmi:q̃a ñ intitulat ab ip̃o Eliezer
ƀ a Dauid. Jdeo dicũt alij ꝙ ẽ factꝰ
a Dauid:non tñ loquit de xp̃o:ƀ de
ãgelo suo:vt sit sẽsus.Dixit dñs dño
meo.i.angelo me custodiẽti: ƀ hᵒ pꝫ
falsũ:q̃a infra dicit.Tu es sacerdos
in eternũ:sacerdotiuꝫ ꝟo nõ cõpetit
angelis.Jdeo ƀm Nico.de lyra suꝑ
epistolã ad hebreos dicẽdum ꝙ ad
litterã est psal.factꝰ a Dauid loquẽs
de xp̃o:⁊ hoc ꝑ trãslatõeꝫ caldaicam
q̃a habemꝰ.Dixit dñs dño meo.cal
daicũ sic hꝫ.Dixit dñs ꝟbo suo.Jtẽ
ex illo qꝺ seq̃t.Ex vtero ãte luciferũ
genui te:qꝺ nõ p̃ot alicui cõpetẽ nisi
filio dei: ⁊ ꝑ has cõditões ꝙ dicitur
hic ꝟbũ dei:⁊ ex vtero ⁊ dei sƀstãtia
ostẽdit vnitas essentie q̃a diuinitas
plurificari nõ p̃ot. Per hoc.n.ꝙ dr̃
genitus de sƀstantia dei ostenditur
distinctio ꝑsone.q̃a nulla res gignit
seipsaꝫ.Similiter ꝑ hoc ꝙ dicit sede
ad dexteraꝫ dei. Una.n.ꝑsona non
potest sedere ad dexteram suiipsius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Insup ostendit pluralitas psonarũ: Isaye.48.c.vbi dicit. Nõ a pncipio in abscõdito locutus sum: ex tẽpore: anteq̃ fierent ibi era: ⁊ nũc dñs meꝰ misit me: ⁊ spiritꝰ eius. Ista sũt v̄ba dei loquentis: qđ pꝫ ex textu p̄cedẽti ⁊ similiter ex hoc qđ imediate s̄bdit Hec dicit redemptor tuus sanctus Israhel. In hac auctoritate loquit de datõne legis: que data fuit in manifesto: ⁊ đ die: ⁊ audiẽte omni pplo vocem dei loquentis. vt hẽt Exodi. 19.⁊.20.c.⁊ hoc est qđ dicit. Non a pncipio locutus sum in abscondito. idest ipsa lex fuit data: ⁊ imediate s̄bdit: ⁊ nũc dñs meꝰ misit me: et spũs eius. hic deus dicit se messiaꝫ a deo ⁊ a spiritu eius. Nunc auteꝫ est ita ꝙ inter mittẽtẽ ⁊ missuꝫ: debꝫ esse semi distinctio psonalis: q̃a trinitas personaꝝ ẽ in diuinis. s. m. ssi dei mittẽtis ⁊ spũs eius: deum aũt missũ dicimꝰ filium incarnatũ: deũ mittẽtẽ prẽm: ⁊ spũm eius spũꝫ sanctũ. Adhuc prenũtiata fuit trinitas psõaꝝ diuinaꝝ Isaye.6.c.vbi dicit. In anno quo mortuus est Rex Ozias: vidi dñꝫ sedentẽ sup soliũ excelsũ ⁊ eleuatum: ⁊ ea que s̄b ipso erant replebãt tẽplum Seraphin stabant s̄bter illud: sex ale vni: ⁊ sex ale alteri: ⁊ infra clamabãt alt ad alteꝝ. Sãctꝰ. Sãctꝰ. Sãctus dñs deꝰ exercituũ. Plena est omnis terra gloria eius. Et in psal. dicitur. Bñdicat nos deus deus noster. bñdicat nos deus: vbi ter hoc nomen deus replicat.

Tertiũ qđ occurrit cõsideranduꝫ circa trinitateꝫ dicit supna reuelatio Nã in noua lege vt dicit Alexãder in p̄mo summe. Mãifestata ẽ trinitas psonaꝝ non solũ s̄ꝫ numeꝝ ⁊ distinctionẽ. sed etiã s̄m originẽ et ꝓprietatum. que psona p̄ma a nullo ẽ pater et secunda genita filius. et tertia spiritus sanctus. vnde Iohis.i.cano.c. 5. Tres sunt qui testimoniũ dant in celo. pater. v̄bum. et spũs sanctꝰ. Hi tres vnũ sunt. Itẽ xp̄s dixit Math. Euntes docete gentes baptizantes in nomine patris et filij et spũs sãcti Iteꝝ in baptismo. Christꝰ apparuit in assũpta carne. pater in voce. spũs sanctus in colũbe specie. vt pꝫ Luce. 3.c.et Math.17. Pater apparuit in voce. filius in assũpta hũanitate. Et spũs sanctus in nube. Sciẽdũ auteꝫ hic s̄m Alexãdrũ in p̄mo summe ꝙ apparitio aliquãdo dicit mãifestatõ facta in aliqͦ effectu intelligibili oblato intellectui: et sic sumit sapiẽtie.i. c. vbi dicit. Apparet auteꝫ his q̃ fidẽ hñt in illum. aliqñ v̄o dicit manifestatio in aliqua similitudine corpali oblata imaginatõi: et hoc mõ dicit angelus apparere in somnis. math. 2.c.et etiã ipse dñs Danieli. Daniel 7.c. Aspiciebaꝫ in visu noctis. et Salomoni.3. Regũ.3.c.

Tertio mõ dicit apparitõ manifestatio in aliqͦ signo sẽsibili repñtato sensui. siue illđ signum sit visibile. siue sit audibile. et hoc modo apparuit pater in nouo testamento. vt pꝫ Mat.17 et Io.12. Quarto mõ dicit apparitio manifestatio facta in aliqua similitudie corporal. sẽsibili oblata visui. et sic vsitatiori mõ dicit apparitio. Et sic dicit ꝙ apparitio nõ solũ dicit manifestatio in signo visibili. sed etiã audibili.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Si autez querat: quare nō apparuit spūs sāctus in aliqua voce siue signo audibili: vel etiam filius: dicit Alex. ꝙ cōgruitas fuit: vt sicut erat distinctio in personis: ita esset distinctio in signis exp̄mētibus ꝑsonas: vnde filiꝰ apparuit in rōali creatura sibi vnita vnitate ꝑsone. Spiritus sanctus in irrationabili creatura non vnita sibi vnitate ꝑsone. Pater vero in voce tanq̄ʒ in signo distincto ab vtroqʒ. ſʒ quādo spūs sanctus solus apparuit tūc apparuit vtroqʒ modo. s. in sono tanq̄ʒ in signo audibili ⁊ in linguis igneis tanq̄ʒ in signo visibili.

¶ Quartū cōsiderādū dicit̄ ꝑsonaꝝ terminatio. Sūt eniʒ in diuinis tres tantū ꝑsone. Sed q̄dā arguūt cōtra sic. Quicq̄d est in deo est infinituʒ: ſʒ numerus ꝑsonaꝝ est in deo. ḡ infinitas. ḡ infinite ꝑsone. Ad hoc rn̄det Bona. in p̄mo di. z. ꝙ cū duplex est infinitas. s. numeralis ⁊ imensitatis deus est infinitus infinitate ꝟtutis ⁊ imensitatis: que est infinitas ꝑfectōis ⁊ ideo ponēda in deo. Infinitas aūt numeralis: q̄a repugnat perfectioni a deo est amouenda. Nam cuʒ deo sit attribuenduʒ qđ nobiliꝰ ē necesse est ponere ꝑsonaꝝ finitateʒ. Primo rōne distinctionis: q̄a in ꝑsonis ē distinctio ergo nō ꝯfusio: sed vbi est infinitas: ibi confusio. Secūdo ratione ordinis: quia vbi est ordo ibi est terminatio. Nā vbi deficit terminatio ibi deficit ⁊ mediatio: et ꝑ cōsequēs ordo: ſʒ vbi est terminatio nō est infinitas. ḡ si in ꝑsonis diuinis est ordo nō erit ibi infinitas. Dicimꝰ ḡ ⁊ cōfitemur tres tantuʒ ꝑsonas in diuinis neqʒ confūdētes ꝑsonas: neqʒ sbam sepantes: q̄a vt dicit Athanasiꝰ. alia est enim persona patris. alia filij. alia spiritus sancti: ſʒ patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti vna est diuinitas: equalis glīa coeterna maiestas: qualis pater: talis filius: talis spūs sanctus.

¶ Quintū qđ erat cōsiderādū circa trinitatē diuinaꝝ ꝑsonaꝝ: dicit̄ fideliū obligatō: vbi videre debemꝰ vtꝝ credere explicite misteriuʒ trinitatis sit de necessitate salutis. ⁊ rn̄det tho. zz. q. z. ꝙ misteriū xp̄i explicite credi nō potest sine fide trinitatis: quia in misterio xp̄i hoc continet̄ ꝙ filiꝰ dei carneʒ assumpserit: ꝙ ꝑ gratiā spūs sancti mūdū renouauerit: ⁊ iteruʒ ꝙ de spiritu sancto conceptus fuerit. et ideo eo modo quo misteriuʒ xp̄i āte xp̄m fuit: q̄dem explicite creditum a maioribus: implicite autem ⁊ quasi obumbrate a minoribus: ita etiam ⁊ misterium trinitatis. Post tempus autem gratie reuelate tam maiores q̄ʒ minores tenēt̄ habē fidē explicitā de misterijs xp̄i p̄cipue: quātū ad ea que cōmuniter in ecclesia solēnizāt̄: ⁊ publice. Ita etiam post tēpꝰ gratie diuulgate tenēt̄ omnes ad explicite credendū misteriū trinitatis. quare erigamꝰ oculos mētis nostre: ⁊ deū bn̄dictū colamus honore debito: vt sic digni efficiamur gratia eiꝰ: ꝑ quā tādeʒ adipiscamur eternā gloriam. Amen.

Sermo decimusnonus de honore ⁊ reuerentia deo exhibendis ⁊ debitis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

ERrāt grauiter circa cultum dei xp̄iani: q̄ tāto sūt rep̄hēsibiliores: q̄to ꝯ̄ditas eis est magis nota. Omnis vtiq̄ natio magis reuerēter deos falsos colit: q̄ christianus populus deum Regez celi. Idcirco vt deus nobis ꝓpicius et misericors fiat: de honore sibi debito in hoc sermone dicem⁹: in quo triplex honor distinguendus est.

Primus consistit in sacroꝝ locoruz veneratione.

Secundus in sacrarum ꝑsonarum existimatione.

Tertius in sacrarum cerimoniarum persolutione.

De p̄mo honore deo debito: qui cōsistit in sacrorū locoꝝ veneratione.

Cap. primum.

PRimus honor qui deo debet̄ ꝯsistit in sacroꝝ locorū veneratione. Debēt vtiq̄ oēs venerari loca sac̄ deo dicata: ita vt in ecclesiis vn⁹quisq̄ ingrediat̄: cōmoret̄ et exeat: cuz deuotione humilitate timore et reuerentia: et hoc ꝓpter tria.

Primo ꝓpt̄ dei maiestatem.

2° ꝓpter vtilitatem.

3° ꝓpter exēplaritatē.

Primo debet vnusq̄sq̄ venerari templa dei ꝓpter eius maiestatē. nā vt dicit̄ in psal. Dn̄s in tēplo sancto suo. et Apocalipsis. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. ꝟ posset aliq̄s obicē: q̄ nō sit aliq̄s loc⁹ deputatus ad cultū dei: q̄a vt dicit̄ actuū 17. c. Deus qui fecit mūduz: et omnia que in eo sunt: hic celi et terre cuz sit dn̄s: non in manufactis tēplis habitat: nec manib⁹ humanis colit̄ indigens aliquo. et 3. regū. 8. c. Salomō dixit. Si celuz: et celi celoꝝ te capere non possunt: quāto magis domus hec quā edificaui tibi. Ad hoc rn̄det Tho. s. 2. q. 102. et 22. q. 83. q̄ in adoratione dei et orōnibus fiendis: duo considerari possunt. Aut deus q̄ colitur adorat̄ et oratur: et sic non esset aliq̄s locus ad adorandū necessari⁹. Aut considerant̄ ipsi hōies colentes deū: et sic determinatus locus eligit̄ ad adorandū: nō ꝓpter deū qui adorat̄: quasi loco cōcludat̄: ꝟ ꝓpt̄ ipsos adorantes: et hoc triplici rōne. Primo q̄dē ꝓpter loci cōsecratōz ex qua spūalem deuotionē cōcipiūt orātes: vt magis exaudiant̄. Secūdo ꝓpt̄ sacra misteria: et alia sanctitatis signa que ibi cōtinent̄. Tertio ꝓpter cōcursum multoꝝ adorantiuz: ex q° fit oratio magis exaudibil' ꝟz illō Mat. 18. c°. Ubi sunt duo vel tres in noīe meo congregati: in medio eorū sum. Ideo ecclesia ad diuinū cultū deputat̄. Ex quo multipliciter nominat̄ s. Basilica. tēplū. tabernaculū. ecc̄lia et domus dei. Primo dicit̄ basilica vt habet̄ di. 42. c. Non oportet. vbi dicit Archidiacon⁹: q̄ basilica dicit̄ palaciū regis. Basileos enim grece. latine rex interp̄tat̄. Unde basilica dicit̄ quelibet ecclesia: q̄a palaciū est summi regis: et regi regū ministrat̄. Quidā tamen dixerunt ecclesias episcopales tantum dici basilicas: quia h⁹mōi reges cōsueuerūt fundare et dotare ꝟm Huguitionē. vel basilica dicit̄ a basileo rege grecoꝝ: q̄ primo se fecit sepeliri apd̄ ecc̄liaz ꝟz Isidoꝝ

¶ Secundo ecclesia dicit templum
et bm Archidiaconum teplum dicit
quasi tectum ampluz: quia populus
ibi sub vnius tecti amplitudine con
tinetur: et proprie templa sunt maiores
ecclesie: vel templum dicit a contem
plando: quia hoc ibi fieri debet.
¶ Tertio dicit ecclesia: vt de cō. di.
.i.c. Ecclesia: que interptat collectio
seu conuocatio. vbi dicit Archidiaco
nus q ideo dicitur conuocatio: quia
continet populum conuocatū a deo
vbi autez conueniebat populus Ju
deorum dicebatur: et adhuc dicit syna
goga: que interpretat congregatio
quia verba legis que aspera erant et
dura: populus ille velut grex pecorū
cōgregabat. Sed in catholicis adu
natio dicitur ecclesia idest cōuocatio
vbi conuenit: quia amore spūs sācti
ad vnam fidez et premiū futuri seculi
vocatur. ¶ Quarto ecclesia dicitur
tabernaculuz: qd est militare habita
culuz. Unde Dauid in psal. Trāsibo
in locum tabernaculi admirabilis:
vsq ad domum dei: idest ab ecclesia
militante vsq ad ecclesiā triūphātez
quia enim militia est vita hōis super
terram: ideo ecclesia vbi adunat po
pulus militans: nō habens hic ciui
tatem manentem: dicitur etiaz apte
tabernaculuz. ¶ Quinto ecclesia di
citur domus dei. vt pz Johānis. 2°.
et Math. 21. c. et de re. et vene. sāctorū
c. Domuz dei. li. 6. Unde et Parali.
ca. 7. Post cōstructionē templi appa
ruit dūs Salomoni nocte in tēplo.
et ait. Audiui orationem tuā: et elegi
locum istum mihi in locum sacrificij.
Si clausero celum et pluuia non flu
xerit: et mādauero et pcepero locuste
vt deuorēt terram: et misero pestilen
tiam in populum meuz. Conuersus
autem populus meus: sup quo inuo
catum est nomen meum: depcatus
me fuerit: et exquisierit faciem meaz:
et egerit penitētiam a viis suis pessi
mis: et ego exaudiaz de celo: et propi
ciatus ero peccatis eorum: et sanabo
terrā eorum: oculi quoq mei erūt apti:
et aures mee erecte ad orationē eius
qui orauerit in loco isto. Elegi enim
et sanctificaui locum istū: vt sit nomē
meuz ibi in sempiternū: et pmaneāt
oculi mei: et cor meū ibi cūctis dieb9
Igit cum sūma reuerentia quilibet
in ecclesiis adesse debet. vñ in pfato
c. Domū. dicit. Domū dñi decet sā
ctitudo: decet vt cuius in pace fact9
est locus, eius cultus etiam sit debita
veneratione pacificus. Sit itaq ad
ecclesias humilis et deuot9 ingressus
sit in eis deuota cōuersatio: deo grata
inspiciētibus placida. et Aug. 42. di.
ca. In oratorio. inquit. In oratorio
preter orandi et psallēdi cultū penit9
nihil agatur: vt nomini huic et opa
iugiter impensa concordent. Sz ve
mundo a scandalis: qa hodie in dei
templis nulla huat modestia: nulla
honestas: nulla religio: quinimo ibi
abundant risus ioci spectacula vana
et alia qplura nephāda. O pniciosa
consuetudo. O detestabiles mores
christianorum malorum: qui templa dei
ita inhabitant quasi essent vilissima
lupanaria.
¶ Secunda ratio quare dei templa
sunt merito veneranda est pter vti
litatem. In illis namq suscipimus



2ª 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

spiritualia beneficia: ibi recipimus sacramenta: ibi sepelimur post mortez reservantes corpora usque ad generalem resurrectionez. Propterea inquit psal. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Hinc est quod ecclesia fundatur cum preminentia: quia nullus eam edificare potest: nisi auctoritate diocesani: qui debet ponere primarium lapidem: figere crucem: designare simiterium: Et etiam petere dotem sufficientem assignari: sine qua consecrari non debet: ut patet de conse. di. .i. c. Nemo. et c. placuit. Insuper ecclesia consecrata non debet reverti ad secularem habitationem: et prophanos usus 19. q. 3. c. Que semel. et c. Quoniaz. 17. q. vi. c. Quesisti. extra de religiosis domibus. c. Adhuc. Tertia ratio quare veneranda sunt dominica templa dicitur exemplaritatis. Non solum enim a sanctis docemur exemplo ut veneremur dominica templa: sed offerunt se gentilium exempla qui suorum idolorum templa diligentissime honorare studuerunt. unde Ualerius libro primo rubrica de religione recitat: qualiter Fabius quia questiones audivit in templo: dicturam amisit. nam nulla melodia: et nullus sonus in templo esse debebat: nisi pro laude deorum. Iterum in rubrica de neglecta religione narrat: quod quidam nomine Flaccus Censor existens a quodam templo: quod erat in civitate Calabrie tegulas marmoreas fecit removeri: et Romam in propria domo fecit portari: propter quam causam demens fuit effectus. Insuper duos filios perdidit quod factum postmodum Senatus retexuit et emendavit: tegulas ad templum reportari iubendo. Insuper ibidez ponit quod quidam Postumus nomine a Scipione: dum esset in Asia: Romaz pro militum erario sine stipendio fuit missus qui dum in Asiam reverteretur. Proserpine templum expoliavit thesauro: quod ut Senatui fuit intimatum: statiz per Senatum revocatus: et in carcerem clausus fuit. In quo detentus antequam examinaretur sua causa: crudeli morbo valde utpote demens et furiosus obiit. deaque Proserpina Senatus edicto postumi sibi confiscatum thesaurum suum rehabuit. Isti itaque suo modo miraz exhibere contendebant reverentiam templis falsorum deorum. Quanto magis et nos reverenter tractare debemus templa dei Naz et dominus Ihesus xps in nullo ita severus apparuit: sicut dum in templo invenit vendentes et ementes: quorum mensas evertit: proiecitque pecunias: et flagello facto de funiculis eos eiecit a templo. dicens. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.

¶ Ut secundo honore deo debito in sacrarum personarum existimatione.

Cap. secundum.

Secundus honor qui deo debetur consistit in sacrarum personarum. scz sacerdotum existimatione. Est enim sacerdotalis dignitas excellentior quacumque dignitate temporali: quod probare possumus tripliciter.

Primo ratione.
Secundo auctoritate.
Tertio exemplo.

¶ Primo ostendimus quod dignitas sacerdotalis excellit omnem dignitatem temporalem ratione que triplex esse potest.

Prima rō dicit̄ significatōis.
Secunda institutionis.
Tertia conditionis.

¶ Prima rō dicit̄ significatōis. nā sacerdos ƀm Isidorū .li.7°.ethimo. dicit̄ quasi sacer dux: vel sacra dans Ratio autem istius duplicis interp̄tatōis ƀm Tho.in.4.di.24 est quia p̱ misteriū spūale: sacerdos est medi⁹ inter deum ⁊ pplm. Naȝ ipse diuina nunciat ⁊ ministrat populo: ⁊ vota populi offert deo. Dicit̄ etiam sacerdos: quasi sacra dans. Sacra autem dare potest aliq̄s duob⁹ modis: vel auxiliando: vel sacramēta dispēsādo Primo modo quilibet iust⁹ in q̄tuȝ sacra sua merita dat: vel cōmunicat aliis auxiliando interp̄tat̄ sacerdos. Secūdo modo nomē sacerdotis est institutū: ad significādū eū qui sacra dat: in sacramētoꝝ dispēsatiōe: ⁊ sic ille qui est in gradu ordinis ꝯstitut⁹ dicit̄ sacerdos. Ob id in scripturis sacerdotes nomināt̄ aliquando dii: aliquādo angeli. vt dicit̄ .ii.q.i.cap. Sacerdotib⁹. vñ ⁊ ad Moysen: d̄ eo qui ad iuramentū deducēdus ē dicit̄ Applica illū ad deos .i. sacerdotes. ⁊ rursus scriptum est. Diis nō detrahes .i. sacerdotib⁹. Et ꝓpheta ait. Labia sacerdotis custodiūt scientiaȝ ⁊ iusticiam: ⁊ legem requirunt ex ore eius. quia angelus dñi est. ¶ Secūda rō ostēdēs sacerdotalē dignitatē. dicit̄ institutōis. Naȝ sacerdotiū precessit legem scriptam. quia in veteri testamento p̄mus sacerdos q̄ iubēte dño victimas obtulit. fuit Melchisedech sicut pȝ Geñ.14.c°. Demū p̱ sacerdotiū iubente dño Regia potestas est ordinata. vnde p̄mi Regū.8.c. dixit deus ad Samueleȝ sacerdotē. Audi vocem eoꝝ .s. filioꝝ Israhel petētiuȝ Regem. ⁊ constitue sup̱ eos regem hinc est q̄ spūalis auctoritas terrenā ptātem habet instituere vt sit. et iudicare si bona non sit. qd̄ probatur per Apostolū Paulum dicentem primo ad Corinth.c.7. Nescitis quoniam angelos iudicabimus quāto magis secularia. Et idem in .c. Per venerabilem. extra qui filii sunt legitimi. et 9.q.3.c. Nemo. ⁊ .c. Alioꝝ. ¶ Tertia ratio ostendens dignitateȝ sacerdotalem dicit̄ cōditionis. Est enim sacerdotalis dignitas spūalis. ⁊ ideo quāto spūs nobilior est corp̱e. tanto sacerdotalis dignitas nobilior est quacunq̄ȝ dignitate temporali. sicut pȝ extra de trāslatōe episcopi ⁊ electi c. Inter corporalia.

¶ Secūdo ostendit̄ dignitas sacerdotalis. que excedit omnē dignitatē tēporalem auctoritate. De sacerdotibus enim dicit̄ Isaye.61.c. Vos sacerdotes dñi vocabimini Ministri dñi dei nostri dicetur vobis. ⁊ p̄ma Petri.2.c. Vos estis genus electuȝ regale sacerdotiū. gens sancta. pp̄ls acq̄sitōis. ⁊ .96.di.c. Duo. scribitur. Aurum non tam p̄ciosus est plūbo: q̄ȝ regia ptāte. sit ordo sacerdotalis altior. ⁊ eadem di.c. Quis dubitet. Quis dubitet sacerdotes xp̄i regnum ⁊ p̄ncipuȝ omniūq̄ȝ fideliū patres et magistros censeri. ꝓpterea.6.q.i.in .c. Sacerdotes dicit̄. Sacerdotes q̄ ꝓprio ore corpus dñi conficiunt. Ab omnibus sunt timendi. ⁊ .3.q.i.cap. Nulli. Dñi cruãfigunt. qui eum in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

suis sacerdotibus psequūť: ⁊.ii.q.z.c
Absit. Antherius papa ait. Absit vt
quicq̄ȝ sinistrū de his arbitremur: q̄
apostolico gradui succedētes christi
corpus sacro ore conficiūt: per quos
nos christiani sumus: qui claues re-
gni celoꝝ hn̄tes: ante iudicij diē iu-
dicant. In veteri quoqȝ lege habeť
Quicūqȝ sacerdotibus nō obtēpasset
aut extra castra positus lapidabatur
a populo: aut gladio ceruice subiecta
cōtemptū expiabat cruore. ⁊.16.q.i.
.c. Si clericatus. Hieronȳ. ait. Non
est humilitatis mee neqȝ mensure iu
dicare d̄ ceteris: ⁊ de ministris eccl'ie
sinistrum quippiam dicere.

¶ Tertio ostēdiť dignitas sacerdo
talis exemplo. Christianissimi enim
Impatores sacerdotes honorare sēp
studuerūt: sicut patet de Theodosio
Impatore: de quo legiť in historia
triptita: q̄ cū apud Thessaloniā ciui
tatē quidā iudices fuissent lapidati
.ii.q.z.c. Cum apud Thessaloniam.
Indiguatus Theodosius: oēs pariter
iussit interimi: vbi septem millia sūt
occisi: nullo p̄cedente iudicio. hu͛moi
autē cladem plenā gemitib͛ audiēs
beat͛ Ambrosius: cū p̄nceps venissz
Mediolanū: ⁊ solēniter in sacrū vo-
luisset intrare templū: occurrit sāct͛
Epūs foris ad ianuas: ⁊ ingrediētē
his sermonib͛ a sacri liminis incessu
phibuit. Nescis miser Impator ppe
trate a te necis quāta sit magnitudo
neqȝ post cām tanti furoris mēs tua
molē p̄sumptōis agnoscit. Sȝ forte
recognitionē peccati phibȝ potestas
Imperij: decet tamē vt vincat ratio
ptātem. Quibus igiť oculis aspicies
cōmunis dn̄i templū: quib͛ calcabis
pedibus sanctū illius pauimētū: quō
manus extendes: de q̄bus adhuc sā
guis stillat iniustus. Recede recede
igiť: ne secūdo peccato p̄orē neq̄ciaȝ
augere contendas. His sermonibus
Impator obediēs erat eniȝ diuinis
eruditōibus enutritus: et apte sciens
que sunt ppria sacerdotis: q̄ Reguȝ
gemēs ⁊ deflēs ad regalia remeauit
Cūqȝ octo mensiū transissent tēpora
appropinquauit natiuitatis Salua-
toris nostri festiuitas. Impator aūt
lamētatiōibus assiduis in palatio re
sidens: continuas lachrimas incessa
biliter expendebat. Ingressus auteȝ
Rufinus tūc magister milituȝ ⁊ sin
gularem apud p̄ncipem fiduciā hn̄s
⁊ videns p̄ncipem in lamētationib͛
prostratū: accessit vt lachrimaꝝ cās
inquireret. At ille vehemētius inge
miscens: ⁊ amarissime lachrimas fū
dens. Tu inq̄t Rufine ludis: ⁊ mea
mala non sentis. Ego aūt lamentor
⁊ gemo calamitatē meam: q̄a seruis
q̄dem dei et mēdicantibus apta sūt
tēpla dei. At Rufin͛ ad Ambrosiū
perrexit. Cui Ambrosius ait. Impu
dētiā canū imitatus es Rufine: tāte
videlicet necis auctor existens. Ego
dico tibi: quoniā Impatorē ingredi
sacra limina phibebo. Hec ⁊ alia plu
rima rufinus audiens: Imperatori
nūciauit votuȝ Antistitis. At Impa
tor in media iam platea: pgo inquit
vt iustas in facie suscipiā cōtumelias
Cūqȝ ad sacra limina puenisset: in sa
cram quidem Basilicam nō p̄sūpsit
intrare: sed veniens ad Antistitem
supplicabat: vt eius vincula resolueret

Cui Ambrosius. Quã penitentiam ostendisti post tãtas iniqtates. Cui Theodosius: tuũ est docere: meum vo suscipere. Cui ambrosius iniũxit vt legẽ conderet: ne sentẽtia mortis ferri posset animo irato: s; trãsacto triginta dierũ numero. Qđ ⁊ fecit. Sicq; cum lachrimis ⁊ deuotõne tẽplũ tandem ingressus est: in cunctis reuerenter se habẽs erga sacerdotez ambrosiuz. Quid fecit Constantinꝰ de quo est textus.96.di.ca. In scripturis.⁊.cᵒ. Cõstantinꝰ. Quid reliq omẽs xpiani Reges vel Impatores. Omittamus omnia que repetẽ longum foret. Inspiciamꝰ dñm Jhesũ xpm: de quo dicit Ciprianꝰ.93.cap. Dominus. Dñs noster Jesus christꝰ rex ⁊ iudex: vsq; ad passiõis horam seruauit honorẽ põtificibꝰ ⁊ sacerdotibus. Nã cum leprosum mundasset dixit eidẽ. Uade ostẽde te sacerdoti. sacerdotem adhuc appellãs: quẽ sciebat esse sacrilegũ. Itez cum sẽditus passioni alapã accepisset: nihil contumeliose locutꝰ est in psonã põtificis: sed sic magis innocẽtiã suã tutus est dicens. Si male locutꝰ sum: testimonium phibe de malo: si autem bene cur me cedis. Hec igit ab eo humilit ⁊ patienter facta sunt: vt nos humilitatis ⁊ patientie exẽplũ haberemꝰ. Sz hodie pleriq; de illis sũt: de qbꝰ dicit.i.q.i.c. Multi. Multi seculariuz cũ plus sacerdotũ vitam q̃ suaz conspiciunt: in magni cõtentiõis sacroꝝ crimen incurrunt. Magna.n.trabe vulneratos oculos hñtes: festucam in alienis cõspiciũt oculis: quã dum incaute euellere festinant: in erroris foueam dilabunt.

## De tertio honore deo debito in sacraꝝ cerimoniarũ obseruatione. Cap.tertiũ.

Tertius honor qui deo debet consistit in sacraꝝ cerimõiaꝝ obseruatione. Nam vt dicit Tho. 22.q.88. Deum ⁊ si nõ rõne sui: rõe nostri etiã corporaliter reuereri debemus: tuz vt p corporales motus excitemus mentem nostrã: tum vt deũ s; vtrãq; naturã nostrã honoremꝰ. Uñ Johãnes damascenus inquit. q̃a ex duplici natura compositi sumꝰ scilicz corporali ⁊ spũali: duplicẽ deo honorem referre debemꝰ. Consistit autem hic honor in tribus.

Primo in capitis inclinatõe.
Secũdo in incuruatione.
Tertio in genuflexione.

Primo cõsistit honor in capitis inclinatõe: ⁊ sic statuit ecclesia. vt cũ nominat nomen Jhesus in ecclesia in missis ⁊ diuinis officijs omẽs reuerenter inclinent caput. Uñ de consecratõe ecclesie.li.6.in.c. Decet. dicit Cõueniẽtes in ecclesia nomen illud qđ est sup omne nomẽ: nomẽ vz dñi nostri ihesu xpi exhibitõe reuerentie spũalis attollãt. ⁊ ita flectant genua mentis. qđ vel capitis inclinatione ptestent.

Secũdo cõsistit honor dei in incuruatõe. habet hũc vsum ecclesia vt in diuinis officijs cũ gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto decãtat in fine psalmoꝝ. oẽs corpꝰ incuruãt simul cum capite.

Tertio cõsistit hic honor in genuflectõe. Genuflectimꝰ nãq; cũ adora



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

mus corpus xp̄i in omnib⁹ morib⁹ huiuscemodi ꝓfitentes nos s̄bditos deo: q̄ est benedictus in secula scloꝝ Amen.

Sermo vicesimus de patientia: que omnibus est necessaria ꝓpt̄ cões passiones quibus infestat̄ humanuʒ genus.

Per patiētiaʒ curram⁹ ad ꝓpositū nobis certamen Doctoris gentiuʒ verba sunt ista: ad hebreos.12.c. Post lapsū p̄moꝝ pētū: adeo humanū genus passiōib⁹ est vexatum vt nullus vnq̄ʒ in hac vita inueniri possit omnino quietus. Insurgunt vndiq̄ʒ mala: ūdiq̄ʒ tēpestates: vndiq̄ʒ afflictōes: laboriose q̄ʒ cure. Accidūt ⁊ sepe multa aduersa nolētib⁹ ⁊ inuitl. neq̄ʒ aliter aduersus fortune impet⁹ ⁊ incursus: repētinos q̄ʒ motus: nisi ferendo ⁊ equo animo tollerādo tuti esse valemus. Supāda ait Uirgili⁹ omnis fortuna ferenda est. Hoc aūt maxime opatur patientie ꝟtus: que omnibus necessaria est: sine qua succūbit mēs: ⁊ deficit anim⁹: cuʒ aliq̄d sinistrū accidere viderit. Ea ꝓpter in hoc s̄mõe de patiētia erim⁹ t̄ctaturi: de q̄ tres cōditōes faciemus.

Prima est de eius descriptione.
Secūda de eius determinatōe.
Tertia de eius acq̄sitōe.

Quid sit patiētia ⁊ de multiplici eius acceptiōe. Ca. p̄mū.

Prima cōsideratio ē de patiētie descriptōe in qua q̄d sit patiētia ostēdemus. ⁊ Lactāti⁹. 5. li. diui. insti. ad hec sic dicit. Patiētia est maloꝝ que aut inferūt̄: aut accidūt: cuʒ equanimitate platio. s Tulli⁹ in rhetorica eadē sētētiā loq̄t̄ s̄b aliis ꝟbis dicēs. Patiētia ē honestatis aut vtilitatis cā reꝝ difficiliū ⁊ arduaꝝ volūtaria ac diuturna ꝑpessio. Et pro ãpliore declaratōe notādū ꝙ q̄ntuplex patientia inuenit̄.

Prima est remissoꝝ.
Secunda mūdanoꝝ.
Tertia stultoꝝ.
Quarta ipocritaꝝ.
Quinta ꝟtuosoꝝ.

Prima ē patiētia remissoꝝ eoꝝ scʒ q̄bus ex officio incūbit rep̄hēdere corrigere vel punire aliena peccata. ⁊ tñ illa tolerant. Cōtra quos est. c. Facietis. 86. di. vbi dicit̄. Facientis ꝓculdubio culpaʒ habet: qui q̄d pōt corrigē negligit emēdare. ⁊. 83. di. c. Cōsentire. Cōsentire videt̄ tractanti q̄ ad resecāda que corrigi debēt non occurrit. ⁊ eadē di. in. c. Error. cui ñ resistit̄ approbat̄: ⁊ ꝟitas cū minime defensat̄ opprimit̄. Negligere q̄ppe cū possʒ pturbare ꝑuersos: nihil aliō est q̄ʒ fouē: nec caret scrupulo societatis occulte: q̄ manifesto facinori desinit obuiare. De hac aūt vel tolerātia vel punitōe maloꝝ copiosi⁹ disputabit̄ in sermone de iusticia. Scd̄a est patiētia mūdanoꝝ eoꝝ. s. q̄. ꝓpter mūdū quoscūq̄ʒ labores strēnue tolerāt. de q̄b⁹ dicit̄. 47. di. c. Oēs. Oēs h⁹ secli dilectores in t̄renis his reb⁹ fortes sunt: in celestib⁹ aūt debiles. Nā ꝓ tpali glīa vsq̄ʒ ad mortē desudare appetūt: ⁊ ꝓ spe ꝑpetua nec parū q̄dā in labore s̄bsistūt: ꝓ terrenis

lucris iniurias qualslibet tolerat: et pro celesti mercede: vel tenuissimi verbi cõtumelias ferre recusãt: terreno iudici toto etiã die resistẽ fortes sũt in orõe corã dño: vel vnius hore momento lassant: sepe nuditatẽ deiectõez famẽ pro acqrẽdis diuitijs atq3 honoribus tolerant. Supna aũt laboriose qrere tãto magis dissimulãt: quãto magis ea retribui tardius putãt. hec ille.

¶ Tertia est patiẽtia stultorum eorum qui sciũt quod peccãdo mortaliter seruiunt diabolo: et pmittũt se trahi ab illo de peccato in peccatũ. de quibus dicit Paulus 2. ad Chorin. ii. c. Libenter suffertis insipientes: cũ sitis ipsi sapiẽtes. Sustinete enim si qs vos in seruitutem redigit: si qs deuorat: si qs accipit: si qs extollit: si qs in faciẽ vos cedit.

Quarta ẽ patiẽtia ipocritarum. de quibus dicit Mat. 6. Exterminãt. n. facies suas: vt pareãt hõibus ieiunãtes.

¶ Quinta est patiẽtia virtuosorum. De q̃ dicit Aug. in li. de patiẽtia. Uirtus animi que patiẽtia dicit: tã magnũ donũ dei est: vt etiã ipsius q̃ nobis eã largit: patiẽtia pdicet. et de hac Xps Luce. 21. c. In patiẽtia vestra posside bitis animas vestras. et Jacobus. i. c. patiẽtia opus pfectũ h3. et 2. ad corin. 6. c. In omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in multa patientia. et ad Ephesios. 4. Cũ patientia supportãtes inuicẽ. et i. ad corint. 6. Sectare iusticiã pietatẽ fidẽ caritatẽ patiẽtiã. Huius aũt officiũ est cõseruare bonũ rõis cõtra tristiciã: ne scz rõ tristicie succũbat. Naz virtutes morales ordinãt ad bonũ: in quãtũ cõseruãt bonũ rõis contra impetus passionũ Inter alias aũt passiões tristicia efficax est ad impediẽdũ bonũ rõis: fm illud eccl. 30. Multos occidit tristicia. Hec Tho. 2a 2e. q. 136. ppterea dixit Lucanus. Gaudet patientia duris. Notãdũ tñ quod aliud est passionez et afflictõez in aduersitatibus nõ sentire: aliud nõ sufferre: q̃ hõ est ãgustias et tribulatões sentit h si nõ est virtuosus et fortis animo in passione deficit: et multa aut cogitat: aut loqt aut opat que nõ cõueniũt: q̃ vero virtuosus ẽ: et si vt hõ aduersa sentiat: tñ in dolore modũ adhibet: et mensurã huat atq3 modestiã. Propterea inqt Seneca de cõsolatõe ad Paulinũ. Nõ sẽtire mala sua nõ est hõis: nõ ferre nõ est viri. et Tullius li. 2. de Oratore. Magna laus et admirabilis videri solet: tulisse casus sapiẽter aduersos: nõ fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem.

## ¶ De quinq3 in quibus de3 vnusqsq3 esse patiens. Cap. secundũ.

Secũda cõsideratio de patiẽtia dicit determinatio. Deb3 nãq3 homo determinate esse patiẽs: maxime in quinq3 videlicet.

- Primo in cõtumeliarum illatõe.
- 2° in tẽporaliũ bonorum pditõe.
- 3° in carorum amissione.
- 4° in corporis flagellatõe.
- 5° in voluntaria opatione.

¶ Primo debet homo esse patiens in contumeliarum et iniuriarum illatõe. Solẽt nãq3 homines nequã et mali molestare bonos: nũc detrahẽdo: nunc cõuiciãdo: nũc cõtumelias inferẽdo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Ibi ꝟtus est vbi boni patiēter sciūt sufferre. Quoniā vt dicit.23.q.4.c. Tu bonus. Tu bonus tollere malū. ⁊ idem in.c. Tollerandi.⁊ in.c°. qui ſm carnem. In.c. Uero. Hec autem vita Gregorius ait. Si boni estis.q̄ȝ diu in hac vita sbsistitis: equanimit tolerate malos. Nā quisqȝ ñ tolerat malos: ipse sibi p impatiētiā testis ē: quia bonus non est. Abel enim esse renuit: queȝ Chaim malicia nō exercet. ⁊ Lactantius in.5.li. diuinarum insti. Nō enim min⁹ malū ē referre iniuriā: q̄ȝ inferre. Nā vñ certamina inter hōies cōtētōesq̄ȝ nascūt: nisi ꝙ improbitati opposita in patiētia magnas sepe cōcitat tēpestates: ꝙ si patientiam que ꝟtute nil melius: nil in homine dignius inuenire potest: in ꝓbitate opposueris extinguet ꝓtin⁹ tanq̄ȝ igit aquā sufuderis. Sin āt ꝓuocatrix illa impatientia: improbitatem sibi cōparem nacta est tātum excitabilius incēdiū vt id nō flumen aliqd: sed cruoris extinguat effusio. Magna itaq̄ȝ patiētie ratio est: quaȝ sapiens auget bono viro: vt.n. nihil maloꝝ fiat hec sola efficit: que si deēt omnibus: nullum scelus: nulla fraus in rebus humanis erit. Spectat vtiq̄ȝ ad magnanimitatē qd nōnulli ascribunt ad vtilitatem.s. ferre patienter ⁊ equo animo ꝟba cōtumeliosa: cōñquos est dictū Senece li. de clemētia vbi inq̄t. Magni animi ꝓpriū est iniurias atq̄ȝ offensiōes spernere. et idem in li. de ꝓuidētia. Marcet sine aduersario virtus: tunc apparet q̄ta sit: q̄tūcūq̄ȝ polleat: cum quid possit patientia ostendit. ⁊ Sapiēs ꝓuer.

16.c. Melior est patiens viro forti: et q̄ dñat animo suo: expugnatore vrbium. Ex hoc laudat patientia magnoꝝ viroꝝ atq̄ȝ potētū: q̄ patiētes fuerunt ad ferēdū iniurias. Scribit naq̄ȝ Seneca de Anthigono Rege ꝙ cum audisset quosdā: qui cū non videbāt de se male loquētes: accessit ad eos: ⁊ dixit. Nunc male dixistis Anthigono: cuius occasione in has miserias incidistis. Modo auteȝ bñ optate ei: q̄ vos ex hac voragine eduxit: nec amplius eis dixit. Dicit etiaȝ in Policrato ꝙ Aristippus cuidā maledicēti sibi: philosoph⁹ patiēs rñdit. Tu lingue tue: ⁊ ego auriū mearum dñs sum: ⁊ ibidem narrat ꝙ Senophon philosoph⁹ de se maledicenti rñdit. Tu didicisti male dicere. ego male dicta cōtēnere. Ibidem habet de Octauiano: ꝙ cū eidē descendēti Rome p sacrā viā: despat⁹ quidam diceret. O tirāne. rñdit. Si essem. ñ diceres: nec āplius de ꝟbis ei⁹ curauit. Fert adhuc ibideȝ ꝙ simillimus q̄dā adolescens Octauiano vrbē intrauit: quē Augustus ad se adductū interrogauit. Dic mihi adolescens: fuit nūq̄ȝ mater tua Rome. negauit ille: nec cōtentus adiecit: ſȝ pat meus. Ioci itaq̄ȝ asperitate vrbana noticiā omniū ⁊ familiaritatē sibi ꝯciliauit. Ibidē adhuc fert illd qd scribit aug 4.li. de ci. dei. de magno Alexādro: q̄ cū repēhēderet piratā quēdā dicēs Cur mare hēs infestum. Ille libera voce respōdit. Quid tibi: vt tu orbeȝ terrarū. Sed quia id ego vno nauigio facio: latro vocor: q̄a tu magna classe diceris Imperator. Si solus et

capt⁹ sit Alexāder. latro erit. ⁊ mlta alia cōtra Alexādrū ꝓtulit animose. Miratus Alexander cōstātiam hōis honorauit eū. iussitq; ↄscribi militie. Similiter narrat̄ ibi ꝙ Antigonus pedagog⁹ citharā Alexādri magni fregit abiecitq; dicens: etati tue iam regnare conuenit: vt ea que in corpe regis voluptatē luxurie dant domineris: qđ ille patientissime tulit. q̄b⁹ exemplis apparet: non vile esse: neq; vitupabile: imo magnificū egregiū atq; decoꝝ illatas iniurias despicere Secūdo debet homo esse patiens in tēporaliū bonoꝝ ꝑditione: vt nō sb ruat anim⁹: neq; desperet: si qñ; hec fortune bona: vt honor dignitas potentia diuitie ⁊ similia diminuant̄. Propterea laudat̄ Anaxagoras: q̄ nō ē cōtristatus: qñ in patriā rediēs possessiōes suas deftas ⁊ dissipatas inuenit: ⁊ Bias priēcus letāter rñdit his q̄ eū interrogarūt: q̄d secū ferebat: cū fugiebat de patria: quē inuaserāt hostes. Omnia mea mecū porto. de q̄bus mēsionē feci in sermōe de auaricia: siue de cōtēptu diuitiaꝝ.

¶ Tertio d; esse hō patiēs in suorū caroꝝ seu ꝓpinquoꝝ amissiōe. Naz sūt multi q̄ ꝓpt̄ mortē suoꝝ nullum hñt modū: indignāt̄ deo: ⁊ seipos cō mittūt cōsumēdos dolori. Pro q̄b⁹ dicit Seneca ꝺ cōsolatōe ad Paulinū Quid tā humile ac muliebre ē: q̄; cō sumēdū se dolori cōmittere. Nos āt nō interdicim⁹ eis: q̄n ꝓ suis mortuis q̄dā pietate ducti doleāt ⁊ lacrimēt Fleuit Josep sup patre suo mortuo. vt dicit̄ Geneb vl. c. Et Abraā fleuit sup Sarra mortua: post. 126. annos vite sue. Gene. 23. c. Fleuerūt ⁊ prēs antiqui ꝑ morte suoꝝ. Et xp̄s lachrimat⁹ ē: cuz lachrimātē vidit Magdalenā ꝑ fratre mortuo. Jo. ii. cap. Et Uirgo beata doluit ⁊ fleuit in morte xp̄i. Dānamus supabūdātiā doloris: que videt̄ quādā desperatiōe; ꝑtendere. Quapropter Paulus scrib ad Thesalonicenses. 4. c. ait. Nō contristemini sicut ⁊ ceteri: qui spem nō habent. Et. i3. q. 2. c. vbicūq; hec āt ⁊. c. habēt. ⁊. c. Qui diuina vocatōe Cōfirmat̄ qđ dicim⁹. Ibinc hieronymus ad Tyrasiū ait. Caritatis tue scripta ꝑcepi. Jn q̄bus animū tuū dolore cō motum de filie dormitiōe cognoui. Nō aliud in te admiratus sū: q̄; chri stiani pectoris abs te ꝟtutē ablataz fuisse: stupeo murū fidei penetratuz vulneribus orbitatis quez sopire debuerat spes resurrectōis: ⁊ regni celestis: resurgere credimus mortuos nostros ⁊ plangimus. Quid facerem⁹ si mori tantum ꝑciperet deus: volū tas ei⁹ vtiq; sola sufficeret ad solaciū cui nullum iubemini affectū ꝑponē. hec ille. Propterea Ualerius maximus libro. 5. Rica de pentib⁹ q̄ obitū filioꝝ forti animo tulerunt. Laudat Anaxagoram: qui audita morte filij respōdit nūcio: nihil inexpectatū: aut nouū nuncias. Ego enim illū ex me natum mortale; esse sciebā: ⁊ scio neminem mori solere: q̄ nō vixerit: nec aliquē viuere q̄ moriturus nō sit.

¶ Quarto deb; vnusq̄sq; esse patiēs in corporis flagellatiōe: cum corpus egritudinib⁹ et infirmitatib⁹ aggrauat̄. sicut ꝺ beato Frācisco legim⁹. ꝺ q⁹ dicit dñs Bon̄. in legēda magna

Cum duris corpis ągeret doloribus: illas suas angustias nō penarū esse censebat nomine: sed sororem: dū autē semel grauius solito dolorum vrgeret aculeis: quidā frater simplex dixit ad eum. Frater ora dn̄m: vt mitius tecū agat. Manum enim suā plus debito super te grauare videt. Quo audito vir sanctus cum eiulatu exclamās ait. Nisi noscerē in te simplicē puritatem tuā ex nunc abhorrerē consortiū: qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet totus esset attritus: grauis plixitate languoris: pciens se in terram ossa debilia duro casu collisit: et deosculans humum: gratias inquit: tibi ago dn̄e deus: de omnibus his doloribus meis teq3 mi dn̄e rogo: vt centuplū si tibi placuerit addas: cum tue sancte volūtatis adimpletio sit mihi consolatio semper plena.

Quinto debet esse vnusquisq3 patiēs in volūtaria opatōe: in ieiuniis: orōibus: vigiliis: et disciplinis: aliisq3 opibus virtuosis: cum pmiū illorum sit eterna vita In omnibus autē vnusquisq3 memor esse debet illius patiētissimi Job: qui in omni aduersitate sua: in damno rerum: siue in morte repentina filiorum: siue in plagis et vulneribus corporis sui solitus erat dicere: dn̄s dedit: dn̄s abstulit: sicut dn̄o placuit: ita factum est: sit nomen dn̄i bn̄dictū.

Qr quinq3 sūt regule ad acq̄rēdā patientiam. Cap. tertiū.

Tertia cōsideratio est de patiētie acq̄sitōe: in qua dicēdū est quō patiētia pōt acq̄ri. et ad hec notāde sunt quinq3 regule.

Prima dicit recogitatio.
Secūda melioratio.
Tertia premiatio.
Quarta auxiliatio.
Quinta exemplatio.

Prima regula dicit recogitatio. Quādocūq3 enim q̄s sentit aduersa multa imminere sibi recogitare debet peccata que cōmisit: et dicere illud Michee. 8. c. Irā dn̄i portabo: quoniam peccaui ei. Sic faciebāt frēs Joseph qn̄ venerūt in Egyptū: et Joseph loquebat cū eis: et ipsi nō cognoscebāt eū: et dicebat: frater vester vnus liget in carcē: vos aūt abite: et frēm vestrum minimū ad me adducite. At illi lingua hebrea credentes non intelligi ab Joseph: dicebāt adinuicē. merito hec patimur: q̄a peccauimus in fratrē nostrū: videtes āgustiā aie illius cum depcaret nos: et nō audiuimus. Idcirco venit sup nos ista tribulatio.

Scd̄a regl'a dr̄ melioratio. qn̄cūq3 q̄s tribulatōibus quatit: vt patiēs fiat cōsidēt q2 deus in hac vita sepius verat quos amat: et oia in melius interptet vn̄ Job. 5. c. dr̄. Beatus hō q̄ corripit a dn̄o. Increpatōem ḡ eius ne reprobes. Et sapiēs ecclesiast. 2. disciplinā dn̄i ne abicias: nec deficias cū ab eo corriperis. Quē. n. diligit dn̄s corripit: et qn̄ pater in filio cōplacet sibi. Solet enim tribulatio satis pdesse anime: ad illuminādum eam: atq3 ad supandas mundi et carnis blādicias vn̄ Lactantius in. 2. libro diuinarum institutionū ait. Cum maxime deus ex memoria hominum elabitur: cum beneficio eius fruentis honorem diuine indulgentie dare debent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Ut vo si qua necessitas quis pressit: tūc domini recordant: si belli terror infremuit: si morborū pestifera vis incumbit: si alimenta frugib⁹ longa siccitas denegauit. Si seua tēpestas: si grando ingruit: ad deū confugit: a deo petit auxiliū: deus vt subueniat orat. Si quis in mari vento seuiēte iactatur: hūc inuocat. Si q̄s aliqua vi affligat: hūc potius implorat. Si q̄s ad extremaz mēdicādi necessitatē deductus victum precibus exposcit: hūc solū obtestat: p eius diuinū atq̧ vnicū nomē: hominuz sibi misericordiam querit. Hec ille. Ut Hierony. Tribulatōis vtilitatem per exemplū quoddā explicat in epistola ad rusticum monachū dicēs. Grecus adolescens erat in cenobio: qui nulla abstinentia: nulla opis magnitudine flāmaz poterat carnis extinguere: hūc piclitātem pater monasterij hac arte preseruauit: impat cuidaz viro graui vt iurgijs atq̧ cōuicijs insectaret hominem ⁊ post irrogatas cōtumelias pmus veniret ad querimonias: vocati testes: p eo loquebant: qui contumeliam fecerat: solus pater monasterij defensionem fuam callide oppo nere studuit. ne abūdantiore tristicia absorberetur frater. Quid plura: ita annus deductus est: quo expleto interrogatus adolescens sup pristinis cogitatiōib⁹: ita adhuc moleste sustineret pape inquit. Mihi viuere non licet: ⁊ fornicari libet.

Tertia regula ad acq̄rendaz patiētiam dicit Premiatio. Quādocūq̧ q̄s deficere videret animū in tribulatione: aut in laboribus ꝓpter deum susceptis: statiz subleuari debet ad illā mercedem vberrimam ⁊ copiosam: que repromittit nobis in celis: de q̄ christus dicebat Mat. 5. Beati estis cum maledixerint vobis homines: ⁊ psecuti fuerint vos: et dixerint oē malum aduersum vos: mentientes ꝓpt me: gaudete: ⁊ exultate. quoniā merces vestra copiosa est in celis. Sic Stephan⁹ cū esset inter eos: q̄ persequebant ipsum: intendens in celum vidit gloriam dei.

Quarta regula dicit auxiliatio. Quādocūq̧ aliq̄s pmit multis āgustijs: sciat deuz astare sibi: vt ei succurrat: vel vt patiētiā tribuat: dūmodo ipse auxiliū ei⁹ postulet. Ideo dauid in psal. 36. ait. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sunt corde. Est de hoc exēplum Magni Antonij: qui cum post multa etiaz vbera: q̄e a demonib⁹ fuerat passus. vidisset in splendore quodam mirabili dn̄m Ihesū xp̄m dixit ad eū. vbi eras bone Ihesu. vbi eras. quare a pncipio nō fuisti vt me iuuares: ⁊ vulnera mea sanares. cui dn̄s. Antoni hic eraz. ⁊ meo auxilio certamen superasti. Amodo autem quia viriliter dimicasti. in toto orbe faciam te nominari.

Quinta regula ad acq̄rēdam patientiā dicit Exēplatio. quādo aliq̄s cupit habere patiētiā vltimū est remediū intuēri sāctoꝝ exēpla: ⁊ potissimū dn̄i nostri ihesu xp̄i. De quo Petrus pma epistola. c. pmo dicit. Christus passus est pro nobis. nobis exēplum relinquens. Et Paulus ad hebreos duodecimo ait. Recogitate eum. qui sustinuit talem a peccatoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

aduersus semetipsum cõtradictionē. Non vt fatigemini animis vestris deficientes. Que nam patiētie exempla non inueniunt in christo. Uide illum o anima in cruce nudatum. Uide ⁊ cõtemplare diligenter: si te grauatam sentis infirmitate corporis Audi illum dicentem tibi. Et ego ꝓ tua salute a planta pedis vsq₃ ad vorticem totus sum vulneratus. Si dixeris ei: heu iniuste accusor: inique criminor ab emulis meis: respondebit tibi. Et ego qui deus sum factus hõ iustus sanctus pius sapiens mũdus ⁊ impollutus vocor: Samaritanus seductor malefactor blassemꝰ ⁊ velut pditissimus reus: in medio latronũ crucifigor. Si conquesta fueris de paupertate. Et ille clamabit. O aia mea sustine patiēter q̃a ⁊ ego amore tui in tanta sum paupertate constitutus: vt non habeā vbi caput reclinē in cruce. sitiui: at aque mihi guttula denegatur. Et tandez nihil inueniri põt: in quo nos patiamur ꝓ amore crucifixi: quin magis in illo patiatur ipse ꝓ amore nostro. propterea aug. in libro de conflictu vitiorum ait. Si passio redemptoris ad memoriaz reuocatur: nihil tam durum est: q̃ð nõ equo animo tolleretur. Parua eniz tolleramus: si recordemur quid biberit ad patibulum: qui nos inuitat ad celum. Ille enim opprobria irrisiões contumelias: alapas: sputa: flagella: coronam spineam crucēq₃ sustinuit: ⁊ nos miseri ad nostram confusiõez vno sermone fatigamur: vno verbo deicimur. hec ille. Quare ꝓcuremꝰ feruenter: vt acquiramus patientiaz per quam deus largietur nobis gratiam: ⁊ in futuro sempiternā gloriaz in qua est bñdictus per eterna seculorum secula. Amen.

Sermones Clarissimi in sacra theologia Magistri Fratris Roberti Caratzuli de Litio ordinis minorum. De timore iudiciorum dei: impssi in Ciuitate Uenetiarum impensis Johannis de Colonia ac Johannis Manthen de gherretzem. Anno. M°.cccclxxv.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

De morte Rica.

Morte morieris Gen. 2°. Existimaui sepe numero nihil tam vtile anime ronali esse posse ad fugā vitiorum q̄ frequēs memoria mortis: ꝓpterea sapi. Eccl. 7° In omnib⁹ opibus tuis memorare nouissima tua: ⁊ in eternū nō peccabis. Et Hiero. ad Paulinum. Facile cōtēnit omnia q̄ semp cogitat se moriturum. Et idem ad Ciprianum dicit. Qui. n. quotidie recordat̄ se esse moriturum cōtēnit pn̄tia: ⁊ ad futura festinat. Et idem ad heliod'rū de vita Vespesiani. Platonis sententia est omniū sapiētiū vitā meditatōem esse mortis. Sene. ad Lucillū ait. Nihil tam eque tibi ꝓderit ad cōtēpantiā omniū rerum q̄ frequēs cogitatio: breuis h⁹ incerti itineris. et idē ad eūdē in epistola ait. Molestum est iniquis mortem ante oculos hēre. Ista tam seni q̄ iuueni oꝫ esse āte oculos. hec ille. Cū igit̄ mortis memoria sit tāte vtilitatis idcirco in presenti sermone de ipsa morte tria sunt cōtemplāda misteria.

Prīmū de sua ferocitate.
2ᵐ de sua dubietate.
3ᵐ de sua crudelitate.

Prīmū est de mortis ferocitate circa q̄ d̄ nota triplicē ferocitatē.

Prima ferocitas coñ p̄mos hōies.
2ª contra peccantes.
3ª cōtra totū mūdum.

Prima ferocitas dicit̄ cōtra p̄mos hōies quos ipsa interremit ⁊ ꝓstrauit. Nā a p̄ncipio cōditiōis humane in statu inocētie erāt homines immunes a lege mortis. vñ Aug. in. 12. li°. de ci. dei. ait fatēdū est p̄mos hōies ita fuisse institutos: vt si nūquā peccassent: nūq̄ genus mortis expiret. Sꝫ eosdem p̄mos pentes ita fuisse morte institutos: vt quicq̄d de eorū stirpe fuisset exortū eadē pena tenēt̄ obnoxiū: pro magnitudine q̄ppe culpe illius. Nām dānatio mutauit in peius: vt q̄d penaliter p̄cessit in peccātibus hōibus p̄mis: naturalit̄ seq̄ret̄ in nascētibus ceteris. Itē in li. de baptismo puulorum ait. Idē. fiebat ordo iusticie. vt sicut anima dño suo: Ita corpus ei obediret. hec ille. et Eccl. 15. Ante hominē vita ⁊ mors. Et in eodē. c. Deus ab initio constituit hominē: ⁊ reliquit illum in manu cōsilij sui. Et Origenes sup Leuiticū. 9. Si hō ab initio elegisset vitam nūq̄ humanū genus mortalē cōditōem tenēt vñ deus ꝓpter peccatum dixit Ade. Quia audisti vocē vxoris tue. Dico tibi q̄a in sudore vultus tui: vesceris pane tuo: donec reuertaris ad terrā: qua sumptus es: quia puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Gen. 3. ⁊ hec oia ꝓpter peccatū. heu q̄ grauis fuit illa culpa: que impio mortis oēs sbiecit. Sꝫ potissime p̄mos pentes. Nam p errorē inobedientie sue: mortē quam de⁹ nō fecerat sibi inuenerūt. Iuxta illō aug. in pnostichon. dicētē. Vide mortē nō a deo: s̄ p errorē: s̄ intus venisse hōib⁹ in padiso deliciarum positi Cui etiā conuenit illud q̄d scribitur sapiētie. 2. li. Deus mortē non fecit: sed impij manibus ⁊ v̄bis accersierūt eam. Sed circa hoc dubitari pōt. Qr cū de⁹ dixerit Ade Gen. 2°. quacūq; hora comederis: morte morieris. nō

·n. 7·

tñ h videt ꝟuz: q̃a ñ illa die mortui sunt. Ad hoc rñdet Nico. de lyra in expositõe sup geñ. ꝙ illa ꝟba sic hñt exponi. Morte morieris. i. moriendi necessitatẽ icurres: q̃a gustato ligno ñ statiz mortuus ẽ: ꝫ cepit ad mortẽ tẽdẽ. Et Aug. sup Geñ. sic ait. morte morieris. i. morti obligatus eris: vel mortis reatũ incurres. Uñ ⁊ in alio loco idẽ ait. Quãtis ãnos multos post vixerũt: illo tñ die mori cepunt qua mõte legẽ: qua in seniũ nephas accepunt. Data est g̊ potestas morti eiciẽdi illos ꝓpter eoꝝ culpaz. Et q̃a necessaria erat hũani gñis multipli catio: viuẽdi tẽpus in lõguz ꝓcessũ ẽ q̃ꝫtũ a morte de victu ⁊ debellatũ ẽ ⁊ q̃d ꝓfuit illis lõga vita q̃bus non mors est ſbſecuta. Audiamus q̃d scri ptura dicat Geñ. 5. vixit Adam. ãnis: ⁊ genuit filiũ ad imaginẽ ⁊ simi litudinẽ suaz: vocauitq; nomen eius Seth. Et facti sũt oẽs dies Adam: postq̃ꝫ gẽuit Seth. 800. ãni. gẽuitq; filios ⁊ filias. ⁊ factũ ẽ oẽ tꝑs: qđ vi xit adã. 930. ãnis. ⁊ mortuus ẽ. vixit Seth. 105. ãnis: postq̃ꝫ genuit Enos 90. ãnis: ⁊ genuit Chainaz: pꝰ cuius ortũ vixit. 85. ãnis: ⁊ genuit filios et filias: ⁊ facti sũt omnes dies eiꝰ. 905 ãnis: ⁊ mortuus est: vixitq; Chainã 70. ãnis: ⁊ genuit Malael: Et vixit Chainã postq̃ꝫ genuit Malael. 804. ãnis: ⁊ genuit filios ⁊ filias: ⁊ sic de omnibꝰ aliĳ a p̃mo vsq; ad finẽ inci piẽtibus. Si ꝟo aliq̃s incredulꝰ du bitarz quõ fuẽit illõ possibile vt vita illoꝝ sic ꝓtrahẽt in longũ. Rñderi põt ꝫz Nic. de lyra: hoc fuisse plibꝰ de causis. p̃mo bõitatis cõditõis vel cõplexiõis p̃moꝝ ꝑẽtũ fuerũt eniz a deo imediate formati: ⁊ ꝑ ꝯñs fuerẽt optime cõpositiõis: ⁊ sic ad lõgiorez vitã dispositi. et illa bõitas ꝯplexiõis magꝭ venit ad hõies ꝓpinquos illis tꝑibus q̃ꝫ ad remotos tẽporis. 2ª rõ e mõ viuendi: q̃a tẽꝑate viuebãt. 3ª rõ bõitatis nutrimẽti: q̃a ãte diluuiũ nascentia terre erãt meliora: postea q̃a inũdatio diluuĳ fuit ꝓ maiori ꝑte ex aquis occeani. Aque aũt salse idu cũt sterilitatẽ ⁊ reddũt terre nascẽtia peiora: ex q̃bꝰ abbreuiat vita hõis. 4ª rõ est ex sciẽtia Ade: q̃a formatꝰ fuit ad ꝑfectõez scientie: ⁊ ideo cognouit ꝟtutes herbaꝝ fructuũ ⁊ lapidũ que faciũt ad cõseruãdã sanitatẽ: ⁊ vitaz ꝓlongãdã. 5ª rõ est ex dispositõe di uina hoc ordinãte: vt ꝑ lõguz tẽpus cito multiplicaret hũanũ genus: hᵒ Nico. de lyra: qm̃ igit p̃mi hõies tã diu supuixerũt scientia p̃dicti fortitu dine corpis bñ dispositi: ñ potuerũt tñ mortis ferocitatẽ repellẽ. cõtinuit illos ⁊ oms mortui sunt: ꝙ vtiq; no bis in exẽplũ esse posset: vt vite huiꝰ erũnã cognoscamꝰ: hoc ẽ qđ hiero. ad heliodoꝝ de vita Nepotiani ait. Debemꝰ ⁊ nos aio p̃meditari qđ aliñ facturi sumꝰ ⁊ qđ volumꝰ lõgius ab esse nõ põt. Nã si noningẽtos excede remus ãnos: velut ãte diluuiũ viue bat genꝰ hũanũ. Et Mathusalez no bis tꝑa donaret: tñ nihil essꝫ p̃terita longitudo: que esse desistet: vt enim inter illũ q̃ vixit decẽ ãnis: ⁊ illum q̃ vixit mille: postq̃ꝫ idẽ finis vite adue nerit: ⁊ in recõsolabilꝭ mortis necessi tas trãsactuz esse tãtũdem est: nisi ꝙ magꝭ senex bonustiũs peccatoꝛ false

ꝓficiſcerit. Optia queqꝫ dieſ miſeris
mortalibꝰ eici. Prima fugit ſbeunte
morbo triſtiſqꝫ ſenect. Et labor ⁊ di
xit rapit indemētia mortiſ. h ille. que
oia ſic dicta intelligas vt ſicut lōgi-
tudo vite oms illos pmos viros nō
excuſauerit morte: ſic nec breuitas vi
te tue etiā dilatata ad multos ānos
qa morte morieris.

Scda ferocitas mortis eſt contra
peccatores. Nā ſepenumero ipos in
uadit ſbito: et in breui morula abſor
bit eos: ⁊ lꝫ multa acciderūt p nām
que labilis ē: ⁊ vt plimū hūane vite
cōtraria: tū mortalitates ⁊ peſtilē
tie adueniūt ſepe: ⁊ ſepiꝰ iudicio dei:
in qbꝰ nō ſine grādi terrore omnes
aſpiciūt mortis dñiuꝫ. ⁊ ptātē: ⁊ ꝙ h
a ſint ꝓbat ex teſtificatōe ſcriptura
rū. et pmo ſumi pōt illō teſtimoniuꝫ
Numeri. z. vbi narrat ꝙ cū populus
Iſrahel eſſet in deſerto nō contētus
cibo celeſti ſcꝫ māna qd pluebat illis
deꝰ de celo: deſiderāſ carneſ ⁊ piſces
cucumeres ⁊ papaueres cepe ⁊ alea:
dñs pluit coturnices in guſtus eorū
⁊ cū adhuc carnes eſſēt in ore ipſorū
⁊ ecce furor dñi cōcitatꝰ in pplm per
cuſſit eū plaga magna. zm teſtimom
hr Numeri. 14°. Nā cū ppls ille mur
muraſſꝫ ɔ dñm: dixit dñs ad Moy
ſen. Vſqꝫ quo detrahet mihi ppls
ille quouſqꝫ nō credēt mihi in oibus
ſignis q feci corā eis. Feriā ego peſti
lētia eos atqꝫ cōſumā qd factū fuiſſꝫ
niſi Moyſes oraſſet ad dñm: vt di
mitteret eis. zm teſtimom fuit exodi
iz. vbi narrat ꝙ nocte media pcuſſit
dñs Egyptū plaga magna: ⁊ intfe
cit oēm pmogenitū in terra egypti
a pmogenitis Pharaōis q ſedebat
in ſolio vſqꝫ ad pmogenitū captiue:
q erat in carcē: ⁊ oēm pmogenitum
iumētoꝝ. ſurrexitqꝫ pharao in nocte
⁊ oēs ſui eiꝰ: oēſqꝫ Egyptij: et ortꝰ ē
clamor magnꝰ: neqꝫ. n. erat domꝰ in
qua nō iaceret mortuus. 4m teſtim
eſt in Leuitico. 16. c. vbi dñs dicit. ſi
nolueritis recipe diſciplinaꝫ: ⁊ ābula
ueritis ex aduerſo: Ego qꝫ cōtra vos
incedā: ⁊ pcutiā vos ſepties ꝓpt pec
cata veſtra: inducāqꝫ ſup vos gladiū
vltionis federis mei cūqꝫ fugierit in
vrbes imittā peſtilētiā in medio vri.
5m teſtim. i. c. ſcdi li. Re. ⁊ ſcdi palipo.
vbi legitur ꝙ pcuſſit dñs peſtilentia
Iſrahel: vbi a Dauid vſqꝫ ad berſabe
10000. virorū mortui ſūt. 6m teſtim
capit ex cōīnatōe quā fecit dñs per
Eze. 5. Ira noſtra inqt ſup vniuerſū
pplꝫ eiꝰ: gladiꝰ foris: peſtis et fames
intrinſecus: q in agro eſt morte mo
riet: ⁊ q in ciuitate ſb peſtilentia ⁊ fa
me cōſumabit. 7m teſtim capitur a
Iuſtiniano vt nō luxuriēt
coñ nām: vbi ait ꝓpt illa duo. ſ. ꝓpt
blaſphemiā ⁊ pccm cōt nām fames
peſtilētie ⁊ terremotꝰ fiūt. Ideꝫ ſiht
in glo. zz. q. i. c. Flagicia. 8m teſtim
ē in hiſtoria eccleſiaſtica: in q narrat
ꝙ Maximianꝰ Impator ductꝰ dia
bolico ſpū fecit cōponē carmina blaſ
phemis plena ɔ ipm ihm xpm ⁊ ſā
ctos: eaqꝫ ſcribi mādauit in tabulis.
Iuſſitqꝫ p ſinglas vrbes ⁊ villas et
agros deferri: faciebatqꝫ ea cantare.
Altiſſimꝰ āt tm ſcelꝰ iultū remanere
noluit: ſ tāto rigorꝛ i pplꝫ blaſphemū
peſtilētia miſit vt comedēo ⁊ bibēdo
morte morerēt. Ipſe āt maximianꝰ

dolore graui pcussus spũz exaltauit
9ᵈ testiᵐ est in legēda sāctorũ: et in
vita beati greg. in tctatu de letanijs
vbi refert ꝙ ꝑpt comessatões ⁊ luxu
rias Romanoꝝ cõmotꝰ est deꝰ cõñ
eos: pestilētiāqꝫ magnā in illos misit
quā anguines eā vocāt. s. La ango
nalia: seua. n. fuit eo ꝙ hõies in via
in mēsa in colloqo moriebātur sbito.
Itē cum aliqs sternutabat: exalabat
spm: ⁊ cũ aliqs aliquez sternutātē au
diebat: statim accurrēs. dicebat: deũs
te adiuuet. Uñ vsqꝫ nũc h cõsuetudo
obsuat. Rursus cũ aliqs velle se ob
scitare sētiebat cõtinue signũ crucis
in os impmē festinabat. Cũ g hec pe
stis Romaz vastaret: beatꝰ Gregoꝰ
pcessionez cuz letanijs p ciuitatis cir
culũ quodā pascali tpe fieri ordiauit
in q imago beate vginis: que adhuc
ē Rome in sācta Maria araceli: quā
beatꝰ Lucas pinxisse dr: āte pcessiõz
portare fec reuerēt. et ecce tota aeris
infectio imagini sancte cedebat: ac si
imaginē ipsā fugerēt: ⁊ ipsā ferre nõ
possent: sicqꝫ pꝰ imaginē mira sereni
tas: ⁊ aeris puritas remanebat. tũc
in aere iuxta imaginē audite sunt vo
ces angeloꝝ cātātiũ ⁊ dicentiũ. Re
gina celi letare zc. Statim beatus
Grego. adiunxit. Ora p nobis deuz
alleluia. Tũc beatus Grego. vidit su
pra castrũ Uicētij angelũ dñi q gla
diũ cruētatũ detgēs in vaginā ɔuer
tebat: Ex quo intellexit ꝙ pestis illa
cessaret: sicut factũ est. vñ castrũ illõ
vocatũ ē postea castrũ sācti Angeli.
ex hoc igit pꝫ ꝙ ꝑpt peccata hõinuz
deꝰ puniuit eos morte. Qd vtiqꝫ fa
ctũ cõspicimꝰ tribꝰ istis: in qbus ad
tātā demētiā venerũt ppli ꝙ credũt
hꝰmõi pestilentiā venisse ꝑpt bona
opa. O hũana dementia: nũqd sunt
falsa tot exēpla scripturaruz: vt velit
deus oppugnare hũanuz genꝰ absqꝫ
culpa: qnimo vt dixi: ⁊ iteꝝ dicam:
mors illa pestilētialis est ensis diuie
iusticie quo transfodiũt viscera ini
quoꝝ: q volũt aliqñ mũdũ pire. De
iustis aũt et si ipsi pcutiāt nõ obstat
qd dicit ps. Preciosa in ɔspectu dñi:
mors sanctoꝝ eiꝰ.

¶ Tertia ferocitas mortis dr cont
totũ mũdũ. Nā de ipa ⁊ de eiꝰ potē
tia scripture multe loquũt. vñ 2° li°
Re. 14. c. Oēs morimur: et qsi aqua
labimur sup terrā: que vba nõnt. iz
q. c. in ecclesia. et ps. Quis ē q viuet
⁊ nõ videbit mortē. Eccl. 5. Oia que
de terra sunt: in terram reuertēt. Et
Seneca ad Lucilluz. Eam ibis quo
oms eunt quid tibi noui est ad hanc
legē natꝰ es: hoc pri meo accidit: hº
matri: hº maioribꝰ: hº oibus ante te.
hierõ. ad heliodoꝝ sic ait. Xerses ille
potētissimꝰ q sbuertit mõtes pstra
uit maria: cũ de sblimi loco infinitaz
hominũ multitudinē ⁊ inumerabilē
vidissz exercitũ fleuisse dr eo ꝙ post
cētũ ānos nullꝰ eoꝝ quos cernebat
sbuicturꝰ esset. o si possemꝰ in talem
ascēdē speculā: de qua vniuersā traz
sb nrīs pedibꝰ cerneremꝰ: iā tibi ostē
derem totius mũdi ruinā gentes in
bello ruentes gētibus regna collisa
alios torqueri. alios necari. alios ab
sorbi a fluctibꝰ. alios ad suitutē trahi
hic nuptias. hic plāctuz. illos nasci. il
los mori. Alios affluē diuitijs. alios
mēdicare. ⁊ nõ solũ Xersis exercituz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

ß totius mūdi hōies: q̄ nūc viuūt in spacio breui tibi ostēderē morituros Vinciť sermo tali rex magnitudine ⁊ minus est oē qȯ diciť. Redeam⁹ ğ ad nos: ⁊ quasi e celo descendētes paulisper nostra videam⁹. Sētis ne obsecro te qn̄ infans: qn̄ puer: qn̄ senex factus sis. cotidie morimur: cotidie cōmutamur: ⁊ tn̄ etnos nos esse credimus. hec ille. Quid igiť est hominū vita: nisi q̄dā cursus ad mortē O hūana miseria: q̄d veri⁹ vnicuiqꝫ dici pōt q̄ꝫ morte morieris. hinc Job iz. c. lz homo nat⁹ de muliē breui. v. tēpore reple. multis miserijs. de hoc Sene. ad Lucillū. Cotidie morimur cotidie diminuiť aliqua ps uite ⁊ tē q̄ꝫ dū crescim⁹ vita decrescit: infātiā amisim⁹: demū puericiā: demū adolescētiā vsqꝫ ad extremū q̄cq̄d trāsit tpis pijt. ⁊ iter ad eūdē dicit. Corpa nostra rapiūtur fluminū more q̄cq̄d vides cuz tpe currit: nihil ex his que videm⁹ manet. hec ille. Et Ouidius ait. Tēpora labūť tacitisqꝫ senescim⁹ ānis. Et Aug. iz. de ci. dei. Ex q°. n. i illo corpe morituro esse cepit: nūq̄ꝫ in eo nō agiť vt mors nō veniat. h° enim agit eius mutabilitas toto tpe vite h⁹. si tn̄ vita dicēda ē: vt veniať in mortē. Nemo q̄ppe est q̄ nō ei p° ānū sit q̄ꝫ ante ānū fuit: ⁊ cras q̄ꝫ hodie: et hodie q̄ꝫ heri: et paulopost q̄ꝫ nūc: ⁊ nūc q̄ꝫ paulo āte propinquor. qm̄ q̄cq̄d tpis viueť ď spacio viuēdi dimittiť. ⁊ cotidie fit min⁹. minusqꝫ prestat. vt cio nihil sit aliquid tpis vite h⁹ q̄ꝫ cursus ad mortez. ⁊ in fine h⁹. Qui vsqꝫ ad mortē pduciora spacia tpis agit nō lentius pgit: ß plus itineris cōficit. hec ille. Omnibus ğ breuis est vita. mors aūt vicina. Vn̄ Sapi. in Eccl. 14. c. Memor esto qm̄ mors nō tardat. Vba illa multū ponderāda sunt. s. mors nō tardat. ğ est in ianuis. mors nō tardat ergo timeamus. mors nō tardat ergo bn̄faciamus. O dilectores mūdi. o terrenoꝝ amatores. mors nō tardat. O peccatores. mors nō tardat. Agite pn̄iam vt vos non inueniat dormientes. o duꝝ vbū. o dissimū vbū. mors non tardat. hoc vtiqꝫ oms desiderare deberēt. q̄a vtilis est cōť timorē supbie. ⁊ ēt patē pōt ex° valde nōndo. Naz legiť in legēda sanctoꝝ in vita Barlaā quam scripsit Johēs damascen⁹ q̄ rex quidā fuit in India xp̄ianoꝝ valde psecutor. qui filiū suū nomine Josaphat in palacio quodā includi: ⁊ educari fecit. Timens ne xp̄ianus efficereť: qui ad etatē adultam pueniēs admirāš cur pater eū sic iclusissꝫ vni ex seruis suis dixit se ppter h° in mag̃ eē mesticia. qȯ pater audiēs et dolēs equos idoneos sibi pari fecit choros plaudētes añ eū mittens ne aliqȯ fedū sibi occurreret phibuit. ṗ dicto igiť iuueni taliter pcedēte q̄dā vice vnus leprosus et vnus cec⁹ sibi obuiauerūt. quoš ille vidēs ⁊ stupēs q̄d sint ⁊ quō sic essent inq̄siuit. Tūc ministri etiā dixerūt passiōes ille sūt que hōibus accidūt. Jlle autez dixit omnib⁹ hōibus. hec ne contingere solet. Negantib⁹ aūt illis Rndit. nō sunt igiť qui hoc pati debeant. nisi indifferēter veniat ⁊ Rdit. Quis hominū futura scire potest. valde ergo anxius esse cepit p incōsuetudie rex

Alia autē vice quēdā senē valde rugatā hñtē faciē: ⁊ dorsū incuruatū: ⁊ cadētib⁹ dētib⁹ balbuciētē loquēdo inuenit. stupefact⁹ autē cepit valde dicere visionis miraculum. Et cum dixisset se senescere: et mori in multa desolatōe positus nō āplius poterat cōsolari: nec mirū est: q̄a nihil morte horribili⁹ esse pōt. Ipsa est.n. que tātos viros suscepit ī mūdo: nulla potentia sibi resistere potuit: nec potest nec poteīt: nec dignitas: nec magnificētia: nec facūdia. O mors deuoratrix omniū q̄d dicā. Audite obsecro O infelices mortales: nā si ipsa viderit aliquē cū multa familia ac comitiua magna: nūq̄d fugiet ab eo: minime oēs ad mortē tēdim⁹. oēs morimur: oēs ad mortē currim⁹: omnib⁹ mors est vicina. Nō parcit pulchris: ñ potētibus: nō sciētibs. O insipiētes peccatores: respicite vbi sunt millia milliū qui fuerūt in mūdo oēs mortui sūt. Adā pater nostri gñis hūani mortuus est. Eua vxor eius mortua ē. Gigātes q̄ fuerūt tpe Noe. illi viri famosi ⁊ aiosi q̄ edificauerūt turrim Babilonis: vbi sunt. oēs mortui sūt Bellus filius Nēbiloth Rex babylonie: quē q̄dā Saturnū esse existimāt q̄ intuit Asiā: postea in ea mortuus est. Frater ei⁹ minor q̄ regnauit post eū ⁊ asiā totā obtinuit: ac babyloniā rebellātē cepit: cū de turri babel.i. babilonie fuisset pcussus mortuus est. Reges Egypti scz sextl. sol blasinas amenophis: oēs mortui sūt. Reges Persaꝝ. Reges Atheniēsiū. Reges tortoseos cramas āphiteon ethiopi⁹ theseas menestrus demaphon: oēs mortui sunt. Alexāder magn⁹: oēsq̄ eius barones oēs mortui sūt. reges Juda Josaphat Jorā Ozia Johatā Johas Zacharias Achaz manasses oēs mortui sunt. reges Troie. Rex Priamus Troylus Helenus Paris phebus Hector illi viri potētes: qui fuerunt in obsedione Troie Agamenon Menelaus Achiles Ulixes: et reliq̄ oēs mortui sū. Illa strenuissima dña Panthasilea regia Amazoniū puellaꝝ que venit in adiutoriū troie cū suis puellis. reges latinoꝝ. Saturnus qui vēit in Italia: vbi nūc roma est in syluis inueniens hōies sicut bestie viuentes: mādūcātes glādes: et habitātes in criptis ⁊ casellis ⁊ frondib⁹ coopertis: docuitq̄ eos terreas domos edificare: laborare terras: vineas plātare: sicut hōies viuē ex his similib⁹ debent: ⁊ p his oib⁹ pnceps eorum denominatl. est qui timens filiū suū cōstruxit ciuitatē saturninā dicit.n.h salem ede multis hōibus pbis romanoꝝ: quos oēs mors ferocissima pstrauit. Heu misa hūana vita: mors.n. deuorauit omnes hos Quid de romulo ⁊ remulo q̄ fuerūt frēs gemelli q̄ a lupa nutriti sunt: qui etiā romaz cōstruxerūt Theodosius Jmpator optimus xpianoꝝ de quo Ambrosi⁹ fecit mirabiles laudes qui expulit Arianos Archadi⁹ honori⁹ Karolus magn⁹ q̄ totā terrā sāctaz occupatā a sarracenis recupauit oriētis ⁊ occidētis. Federicus pmus qui mlta euertit: ⁊ multa alia fecit. tamē eūdo in subsidiū terre sācte. in quodā flumine suffocatus est. Federicus 2⁹ armorū strenuus: linguarum perit⁹

luxuriosus cū multis pōtificibus habuit bellū: precipue cū gregorio mortuus est veneno. Rodulphus Albertus dux austrie Henricus 6ꝰ per florentinos venenatus: ⁊ alij Imperatores romani cū nobilibus ⁊ imperatoribus: ⁊ populo multo mortui sunt. Nō potuerūt romani nec eorum reges aliqua via mūdi mortē euadere Ubi primus Imperator Julius Cesar. Octauianus. Tiberiꝰ Gaius. Nero. Claudius. Uespesianus. Titus. Domicianus. Adrianus. Teodosius. Cirillus magnus: omnes mortui sunt. Ubi sunt illi viri doctissimi atq; phi Ubi est Plato. vbi Aristoteles. vbi Socrates. vbi Pictagoras. vbi Demostenes. vbi Seneca. vbi tot poete vbi Homerus. vbi Menander. vbi Uirgilius. vbi Terentius. vbi Lucanus. vbi ouidius. vbi sunt oratores: ⁊ rectores. vbi Titusliuiꝰ. vbi Tulliꝰ. vbi Doctores Medicine. Galienus Ipocras. vbi Auicēna: aut alij: nūqd medecina sanauit eos: aut eos liberauit a morte. vbi Imperatores. Ubi reges. vbi Principes. vbi Duces comites: barones: marchiones: regine Principisse: ⁊ mlte alie dn̄e nobiles vbi tot Iuuenes ⁊ Iuuēcule. vbi tot qui in hoc mundo floruerūt. o vita misera. o vita caduca. o vita labilis. o vita fallatrix. o vita vmbratica. oēs mortui sunt: et reclusi sunt in monumentis ⁊ corrupti. hinc est bernardꝰ in libro meditationuz. Dic mihi vbi sunt amatores mundi: qui quando pauca tempora nobiscum fuerūt vel manserunt: ex his nisi cineres ⁊ vermes. attende diligenter quid sūt qd fuerūt homines sicut tu comederūt ⁊ biberunt: riserūt duxerūt in bonis dies suos in puncto autē ad inferna descēderūt. Hic caro eorū vermibus illic autem aie eoꝝ ignibꝰ deputāt donec rursus in felici collegio colligati: sempiternis inuoluāt ignibus: qui socij fuerunt in vitijs erūt ⁊ in penis. Una enim pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria breuis leticia: mundi potentia: carnis voluptas false diuitie: magna familia. vbi risus vbi iocus: vbi saltus: vbi iactātia. vbi arrogantia. vbi tanta leticia: q̄ta tristicia: post tantam voluptatem: tāta grauis miseria. De illa exultatiōe ceciderunt in magnam ruinam: et in magna tormenta. Qđ illis accidit tibi quoq; accidere pōt: quia homo es. humꝰ de humo. limꝰ đ limo. De terra es: ⁊ de terra eris: ⁊ in terram reuerteris. Quando ueniet dies ultima que sbito ueniet: et forsitā hodie erit hec ille. Colligimꝰ ergo ex dictis unūquēq; mortem expectare debere nec confidendum est in huiꝰ uite breuitate: quia se nobis aliquādo p̄bet cecaz ⁊ nō uidentem. Deinde iaculo suo nos ferociter uulnerat. Un̄ qdā Asculanus poeta uulgaris dicit.

Oyme speranza del core inimica.
Che fare el tempo cuz le tue uedute.
Perche te monstri cosi dolce amica

hec ille. o Imperatores qui estis in hoc mundo. o reges. o principes. o tyrāni

O duces. o barones. o Marchiones o Iuuenes. o senes. o diuites. o pauperes. o sani. o infirmi. O vos dico vobis: quia moriemini: benefacite quia hinc ad paucos ãnos: etiã vos stabitis in sepulchro: ⁊ non poteritis resistere furori potentissime mortis ⁊ hic est finis pme ptis.

¶ Secũdũ misterium cõtemplãdũ est de mortis dubietate. Timendum est vnicuiqꝫ eo ꝙ mors certissima sit omnibus vniuersa: tamen multa sũt de ea dubia: que sunt valde picꝫosa: de quibus tria pñt notari.

Primum est circa tempus.
2m circa locum.
3m circa modum.

¶ Primũ est circa tẽpus: qa nullus est qui sciat: qñ sit moriturus. Ignorat hoc vtiqꝫ senes pueri infantes iuuenes adolescentes nec reperit aliquis qui possit dicere qñ moriat: Nec in hoc cõfidere: ꝙ quousqꝫ ad tale tempus moriet. Et his inqt Sapi. Eccl. 2. c. Nescit homo finẽ suũ: s sicut capiũt pisces hamo: ⁊ aues cõphẽdũt laqo sic capient iniqui tpe malo. hic intelligit tempus malũ p iniqs: dũ dicit tẽpus mortis: in quo artant vie impiorꝫ: qui equidez cum sibi longam vitam: quam volunt firmiter cõsiderare: ⁊ ponderare pmittũt decipiũt Quanti enim laborauerũt p mũdo sperantes ibi recipere fructũ laborũ suorꝫ: ⁊ pierũt ante tẽpꝰ qđ sibi pmiserãt. Quis põt numerꝫ numerare. non esenacharis: ⁊ sui pualuẽ ⁊ obtinere. Iherlm crediderũt: ⁊ de exercitu eorũ. 184. millia in vna nocte ab angelo sũt interrẽpti. 4. Re. 19. c. Et sic cũ illud sperassent fuerunt decepti Quid de alijs dicam. Refert Aug. in li. de ci. dei. c. 22. Qr cum Rex Radulphus Gottorꝫ rex: cũ maxima comitiua: iã in vrbe vicina ꝯstitutꝰ. Romanis ceruicibus innũerũt. vna die tãta celeritate victꝰ ẽ vt nec vno qdẽ Romanorꝫ nõ dicã exercito: s vulnerato multo ãpliꝰ ꝗ̃ centũ millia eius exercitus pstrauerũt. atqꝫ ipse mox captꝰ ⁊ pena debita vocatꝰ in bello inqes fuit h strages sbsecuta: sed nõ sic de alijs qui mortis picula fugiunt. audias obsecro: qua mors vbique pugnat: nõ solũ in bello: s in domo: in mensa in lecto: ⁊ vbicũqꝫ locorꝫ. ppterea Seneca ad Lucillũ. d. Dis dies ⁊ ois hora qñ nõ sumꝰ ⁊ aliqꝰ argumẽto detẽti: admonet fragilitatis oblitos: cũ eterna meditantes: respicere cogat ad mortẽ: qđ sibi illud pncipiũ redit. Querẽs seue cõt Cornelũ eqdẽ romanũ splẽdidissimũ: et offensum noueras: ex tenui pncipio seipso pmouerat: ⁊ illi decliuis erat decursus ad ceta. Facilꝰ. n. decrescit dignitas ꝗ̃ incipit: pecũia quã circa pauptatẽ plurimũ amorẽ hꝫ: dum ex illa erectat hẽt rescentio diuitijs: Ad ꝗ̃ sille due res ducerẽt efficacissimeqꝫ respõdi causa custodiẽdi: quorꝫ alta locupletẽ facẽ potuisset: hic hõ sũme fragilitatis ñ minꝰ ꝗ̃ corpis diligẽs cũ tũ ex cõsuetudine manẽ vidissꝫ eũ p totũ diẽ amitto guit affecto: ⁊ sin spe iacẽti vsqꝫ ad in noctẽ ascẽdisset:

cũ ilaris cenasset q̃ui valitudinis pci pitis arreptl angustia: viri. cõpressis artatl faucib⁹ spũ traxit i lucẽ. h ilie. Tẽporib⁹ ãt istis mlta iuuenũ turba mortua ẽ ex peste: que valde Italiaz nostraz occupauit: pcipue in ciuitate Ferrariẽsi in. 1464. mortui sunt in q̃tuor mẽsib⁹ nouẽ millia hominũ: ⁊ adeo ꝙ ciuitas vacua erat: q̃a vt ait Asculan⁹. Ogni creato se cõrũpe in tẽpo. Passono li acti humani come fumi. Chi ne va tardo: ⁊ chi ne va per tẽpo. Et ideo clamo. vigilate. vigilate: q̃a nescitis diẽ neq̧ horã mortis. O mortales fatui: ⁊ insensati: in quo cõfiditis. o iuuenes stulti. Uigilate: q̃a spes sepissime fallit. vñ Tullius in li. d senectute ait. Frustra sperat adolescẽs: se diu victuꝝ: q̃d stulti⁹ q̃ incertl ꝓ certis hẽre: qm̃ etiaz illa etas mlto plẽs casus q̃ senectl. hz facili⁹. n. adolescẽtes in morbos icidũt q̃ui⁹ eg̃rãt: tristi⁹ curãt. h ille. ⁊ seneca. Juuenes mortẽ hñt a tgo. Senes ãt ãte. O quot sũt. o quot sũt q̃ mlta disponũt in trib⁹ vl' in q̃tuor ãnis se facturos: q̃ ãte ãnũ moriũtur. Quot edificãt domos: ⁊ in eis ñ habitant quot plãtãt vineas ⁊ vinũ ñ bibent quot lucrãt pecũias: ⁊ alij expẽdunt illas. quot cogitãt facẽ magna: ⁊ in breui finẽ rdditurí corã q̃ deo cũ dolore mario repñtabũt. o ifelix hũana cõditio: oibus dicẽdũ est. vigilate. q̃a nescitis diẽ neq̧ horã mortis.

¶ 2ᵈᵐ dubiũ mortis ẽ circa locũ. Ne scit ẽt mih hõ in q° loco mors sit eũ lesura. vidim⁹ nãq̧ viros varie mortuos mag⁹ int ãgustias mortis reputare solaciũ: cũ q̃s in domo pẽtuz vel domesticoꝝ in lectulo recubans nãe debitũ soluit: h hõ null⁹ hoc firmiter ⁊ certuz tenẽ põt: ⁊ huius rei. Uidim⁹ tã lucida exᵃ ⁊ expimẽta vt nõ nisi flẽdo putare ualeam⁹ hũanã uitã: alios uidim⁹ suspẽsos in patibulo. alios cõbustos ⁊ confixos palo. alios sbmersos in aqua. alios morte sbitanea extinatos. alios trũcatis capitib⁹ uitã finire. Alios in uarijs casib⁹ ⁊ in uijs: ũt ita dicã extremã claudisse horã: ⁊ oẽs tales frustrati sũt a uoto suo q̃b⁹ aliud q̃ spabãt euenit. Quid ĝ aliud faciemus nisi timere exẽplo alioꝝ. Uñ q̃dã aiebat. Felix quẽ faciũt aliẽa picula cautuz. Fac ẽt tu illud. ꝙ Sene. ad Lucillũ scribit. Incertuz est quo loco mors te expectet tu itaq̧ eaz in omni loco spectabis. Et idem ad eũdem. Erras si in nauigatione tantuz existimas ꝙ in omni loco eque tenue interuallũ est. Non vbiq̧ mors se prope ostendit. ubiq̧ tamen prope est. hec ille. Et tñ locus nescitur ille dubius ergo loc⁹ mortis est omnib⁹ hõib⁹ mũdi.

¶ 3ᵈᵐ dubium est de modo mortis quia nullus scit quo modo bene uel male. Et sic nihil est necessarium. Unicuiq̧ q̃ bene mori. Ut autem quis moriatur bene necesse est. ut bene uiuat. quia uix de mille millib⁹ male uiuentibus. Unus bene morit Sic etiam de bene uiuentibus mille millibus uix male moritur. unus q̃a Augustinus.

Impoſſibile eſt male viuere et bene mori: ⁊ econuerſo. In agone q̄ppe hoc timere deberent illi quibuſ vita eſt lubrica ⁊ diſſoluta talibus nanq̄ in extremo conſtituti. cuȝ horroribꝰ ac timore et tremore accedunt. Dic exemplum de illo domino qui tres amicos habebat: ď q̄bꝰ duos dilexit Tertium vero nūq̄ dilexit: cū auteȝ a principe eſſet vocatus: ille timens ne aliquid mali vellet ſibi inferri. iuit ad amicos: ⁊ dixit p̄mo amico. amice dn̄s miſit pro me: vt ſtatim vadam ad eum: rogo te vt venias mecū: q̄a ſecurior ero. Ille autem nolo: q̄a nō poſſum: ſufficit ꝙ dum mecū ſtetiſti fui amicꝰ tuus: ⁊ tibi ſeruiui: nūc aūt vadas nolo venire. 2ᵘˢ aūt minus q̄ p̄mum diligebat: Et hic vadit ad eum: amice. dic vt ſupra in p̄mo. ille v̄o rn̄dit: ego nolo venire ad eum. tamen ego veniā vſq̄ ad ianuam. et ibi te dimittam. 3ᵘˢ vero minime di lexēat: tamē iuit ad eū: ⁊ dixit. amice ego nūq̄ te dilexi: tamen rogo ꝙ di gneris mecum venire apud p̄ncipeȝ quia miſit pro me. Ille v̄o reſpōdit doleo ꝙ n̄ me plus dilexeris: et pl̄is precīj feceris: tamen vadas quocūq̄ volueris: ego ſequar te. Nō ꝙ p̄mꝰ amicus ſunt diuitie quas prepoſuit ꝑentibus ⁊ amicis. Secūdus amicꝰ eſt vxor quam minus dilexit. illa v̄o reſpōdit: Ego vſq̄ ad ſepulchrum te ſociabo. Tertius amicuſ ſunt v̄tutes quas nūq̄ apud ſe habuit nec dilexit tamen illas paucas quas dilexerit ipſum ſequent̄: amplia mō tuo. Iō

h inocenti. cōſiderans ⁊ videns con ditionē humanā labilem. d. Ualete inquit amici mei: ⁊ ꝓ me orate. iter enim extraneum pergo: quo nunq̄ ambulaui ad regionem longinquā: quam nūq̄ vidi: ⁊ ad ſeculū alterum animaꝝ. Unde nullus reuerſus eſt ad manſiōes metuendas: vbi nullꝰ mihi cōpatiet̄: ⁊ ad iudiciū terribile vbi neſcio quid mihi contingat. ecce quero adiutoriū: ⁊ nō eſt qui me eri piat: quero q̄ me in eas ſociet: ⁊ nul lus mihi cōpatiat̄. De his eniȝ tribꝰ loquit̄ Bernardus dicens. Certꝰ o homo quia morieris: ſed omnino in certus: vbi quomō ⁊ quando. Ubi ſcilicet an ibi an alibi in terra vel in mari. quomō an in ſtatu penitentie an in ſtatu culpe: morte ſbitanea vel naturali ſeu violenta. quando ſciliceȝ in hyeme vel in eſtate: in iuuentute: vel in ſenectute: hodie vel cras. O q̄ dura erit memoria pactionū malaꝝ O peccatores excecati. O iniqui ⁊ ſce lerati. Audiatis q̄d dicit ille doctor vulgaris Petrarcha. Paſſono vo ſtri triūphi ⁊ voſtre pompe. Paſſo no li ſtati: paſſono ſignorie. Ogni coſa mortale tempo interrūpe. Hec ille. Seruemus ergo regulā Pauli ad Galath. 6°. c°. Dum tēpꝰ hēmus operemur bonum. Ueniet nāq̄ nox ſciliceȝ mors: q̄n nemo poterit nec bn̄ nec male operari.

¶ Tertium contemplandum eſt de mortis crudelitate. Expoliat enim mors crudeliter mundi amatores: ⁊ ducit ipſos ad infernū tribꝰ bonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Primum bonuz est gloria h⁹ mūdi
siue pōpa eius.
2ᵐ bonum est rerum temporalium
abundantia.
3ᵐ bonū est corpis voluptas.

Primū ergo bonum quo mors
spoliat amatores mūdi: est mūdana
gloria vel pompa: in q̇bus multi po
nunt spem suā: cū in extrema necessi
tate: vel in extrema hora laborāt isti
tales: pcipe possunt q̄ꝫ v̄um sit illud
Isaye. 40. c. Omnis caro fenū: ⁊ ois
gloria eius quasi flos agri: ⁊ siccatū
est fenū: ⁊ cecidit flos. Et Jacob⁹. i. c
Exortus est sol cū ardore: et arefecit
fenū: ⁊ cecidit flos eius: ⁊ decor vult⁹
eius deperijt. Quid enim portāt de
gloria sua p̄ncipes ⁊ barones: ⁊ alij
h⁹modi p̄ncipatus h̄ntes. Quid de
honore quē eis homines inferebāt.
Quid de comitiua baronū. quid de
timore quē eis serui ⁊ sb̄diti h̄uerūt.
Omnia dereliquerūt. ⁊ in morte de
relinquūt. Idcirco legit̄ de Alexan
dro magno: q̄ cuz mortuus esset ve
nerūt. 7ᵐ phi ad palaciū ei⁹. ⁊ vnus
illoꝝ dixit. O Alexāder. heri dn̄aba
ris toti mūdo: ⁊ hodie mors tibi do
minat̄. 2⁹ dixit. o Alexāder. heri nō
sufficiebat tibi totus mūdus: hodie
sufficiūt tibi due vlne terre. 3⁹ dixit
o Alexander heri habebas comitiuā
dn̄oꝝ Regū p̄ncipū ⁊ ducum ⁊ fa
muloꝝ: ⁊ hodie solus iaces in sepul
chro. 4⁹ dixit o Alexāder. heri vocez
tuā oēs timebāt. hodie te null⁹ mor
tuū timet. 5⁹ dixit o Alexander heri
vocē tuā omnes audiebāt: hodie mor
te deuictus iaces in sepulchro ⁊ non
vales loqui. 6⁹ dixit o Alexander.
heri tot regna habebas in tua pote
state: hodie te tenet mors in sua po
testate. 7⁹ dixit o alexander: heri co
medebas tot cibaria delicata: hodie
factus es esca v̄mium: ⁊ cibus. Ecce
ergo q̄ꝫ crudelis ē mors: q̄ꝫ dira: oēs
dominos qui fuerunt expoliauit: et
omnes qui sunt: ⁊ qui erunt spoli
abunt̄ vana gloria. Unde cōsiderās
hoc augu. dicit. O vita fallax ⁊ vm
bratica plena laqueis multis. Nunc
gaudeo sepe tristor. nunc vigeo sepe
infirmor. nunc viuo statim morior.
nūc felix appareo: statiz miser videor
nunc rideo statim fleo: sicq̄ꝫ omnia
mutabilitati sb̄iacēt. vt nihil vna ho
ra vno statu permaneat. hinc timor
hinc tremor. hinc fames. hinc sitis.
hinc calor. hinc frig⁹. hinc labor. hic
dolor exuperat. Importuna inquit
mors mille modis homines cotidie
rapit. Hunc nāq̄ꝫ febribus illū oppri
mit dolore. hunc cōsūpsit fames et
sitis illum extinguit. hūc mors suffo
cat aquis. illum perimit flāmis. hunc
interremit laqueo. istum dentib⁹ be
stiarum. hunc trucidat ferro illum ve
neno corrumpit. Et sic mors misera
tot modis vitam finire compellit. et
nunc super hec omnia magna ē mi
seria eius. cum nihil sit morte certi⁹.
⁊ nihil hora mortis incerti⁹ ig̃ratq̄ꝫ
homo finem suum cuz stare se putat
perit spes eius. ⁊ nescit vbi quō ⁊ qn̄
⁊ tn̄ certus est q̄ eum mori opꝫ.

Secūdū bonum quo mors dira
priuat amatores mundi. est reruz tē
poraliū abūdātia. nihil. n. d̄ suis diui
tijs r̄portāt diuites. s̄ oia r̄manēt do
m⁹. s. possessiōes denarij auꝝ argētū

indumenta varia ⁊ omnes thesauri
Iuxta illud Job.25. diues cū obdor
mierit nihil secū affert: apiet oculos
suos ⁊ nihil inueniet. ⁊ iterū psal. ait.
Dormierūt somnū suū: ⁊ nihil inue-
nerūt oēs viri diuitiarū in manibus
suis. hoc intelligēs. saladinus magn⁹
inter sarracenos. Rex mltorū regnū
appropinquās morti. sudariū q° post
mortē induēdus erat sibi portari fec
demū per ciuitatē ipm oñdēdo oib⁹
clamari fecit. Tātū portat de rebus
suis rex saladinus potētissim⁹ ⁊ ma
gnus. ¶ 3ᵐ bonū q° mors puat ama
tores mūdi: est corpis voluptas: In
morte nāqȝ deficiūt delectose vestes
instrumētorū melodie: picture in pā
nis: ⁊ in cameris: cibaria delicata an
cipitres canes: et alia h⁹mōi q̄ faciūt
ad corpis delectatiōez: imo exanime
ipm corp⁹ cadauer faciūt: eius oculi
nō videbūt lumē: facies efficiet pal-
lida: man⁹ nihil āpli⁹ poterūt tāgē
pedes nō poterūt ābulare: lingua nō
poterit loq̄: labia nō poterūt moueri
aures nihil audiēt: O mors crudelis
o mors dira. o mors amara: q̄ȝ ama
rū ē iudiciū tuū. ħ aliȷ q̄ nimis tenue
rūt corpus delicate: q̄d nā faciēt cōt
mortē. Heu mors misera q̄ȝ miseros
facis mūdanos et terrenos: q̄ h° sit
verū pȝ ex dicto Diogenis: q̄ de Ce-
sare ait. ¶ Intuitus sum vt viderem
cadauer Cesaris: ⁊ vidi eū liuido co
lore coloratū: putredine circūdatum
aluū ei⁹ diruptū: ⁊ ꝟmiū cateruas p
illud discurrētes. duo famelici pasce-
bāt i foueis oculorū: crines n̄ adhere
bāt capiti: dētes patebāt labiȷs cōsū
ptis. ⁊ dixi. Ubi est Cesar eorū corus
puellarū: magnitudo diuitiarū: catua
baronū: acies militū: vbi sunt canes
venātes: equi veloces: aues rapaces
thalam⁹ depict⁹: lectus eburneus: ar
gentū aurū. Ubi sunt vestimēta mu
tatoria: cibaria diuersa: cāticum lyre
organorū sonitus: odor aromaticus
te verebāt hōies: pncipes timebant
colebant vrbes. Ubi ē tāta potētia
tātaqȝ pclara facta ⁊ magnifica. Et
Rndit mihi. Hec omnia defecerunt
in me: q̄n defecit spirit⁹ meus: et reli
querunt me in hoc misero sepulchro
circūdato putredine carnis mee. Au
diāt ḡ vniuersi mortales: q̄a in hoc
mūdo nihil est bonū: nisi deū timē:
⁊ in eo totā spem suā ponē: in q° sūt
thesauri abscōditi. Quid inq̄t psunt
o frater diuitie: q̄d vana glia: quid
leticia mūdi cū nō liberēt nec defēdē
possint a mōte: nec ex ei⁹ furore. ecce
enim qui sedebat heri gloriosus: mō
cōsumit ꝟmib⁹ in sepulchro. Cur ḡ
supbis ꝟmis ⁊ cinis: q̄a puluis es: et
in puluerē reuerteris. ḡ aia reuerte
ad dñm deū tuū: ⁊ cōsidera: q̄a in h
mūdo misero nulla est ꝟa sal⁹. nulla
req̄es. nulla spes. In ipso ḡ deo oēȝ
felicitatē tuā pone: ⁊ ei mundo puro
corde ac corpe seruire stude vt euadē
possis mortē sempitnā: ac acquirere
gloriā eternā: ad quā ihesus christus
nos eternalit pducat: qui est bñdict⁹
in secula seculorū. Amen.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE XV

Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Tabula sermonum predentium . s. in opus de Timore diuinorum iudiciorum / quod continetur in cartis de Rubro signatis . Et primo .



Materiarum in hoc Volumine contentarum In nomine domini Alphabetica Incipit tabula . Et scias quod numerus Rubricatus numerum requirit Rubeum . Niger uero nigrum reperit atque Inueniet .



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

penis xiij. punitus e genus
humanum pp pctm pmorum
parentum — . — xxxij.
Pena spiritual triplex xxxij
pena eterna triplex. xxxiiij
prima fructuosa Nabuc. lxxij
Pestilentia punivit deus
pplm — . — lxv.
pestilentie pp pctm veniunt.
pestilentiam quare lxvj
david elegit — . lxvj.
persone decem faciunt pplz.
Pertinaces superbi lxliiij
sequntur pprium sensum. xxvij.
Pharao crudelis pplo iude
pharaonis ob 104. xlvj
duratio — . — xlviij
Plagis septem punitus fu
it pplus iudaicus — liiij
plage et flagella egipti
plage egipti xlix xlviij
pisces no pierit pp diluuium
Potentia concu xxxviij
pisabile huit xpus. 44.
potentie xpi xmo — 50.
potentie dei nullus resi
stere potest. — viij
portenta et signa dei. lviij
prophia qd sit et quatuor
no possit ee naturaliter. — 7.
prophia vera quo sit
accipienda. — 8.

praecedens est posterior natura
tamen eo a quo procedit — 23.
proprietas filiationis
in verbo divino qualiter reperitur.
Pretium inextimabile 26
nre redemptionis. — 97.
Presumptio fructus est
superbie — . — xxviij.
presumptio iudaici ppli. lvij.
presumptuosus fuit na
buchonosor. — lxxj.
punit deus malos et impios.
punitio gravis et lviij
plaga ictum. lviij.
punit deus generaliter homines
crudeles — . — lxxiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(b)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(a)

- L.5.1ª = GW 6045 (I)
IGI = 2453
- L.5.1ᵇ = GW 6110
IGI = 2505

GKW 6045 p. I a10 - o10
manca la p. II

28.IX.'54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.5.1(a)